CONSTITVTIONES SYNODALES MARSICANAE ÆDITÆ AB ILL.MO, ET REVER.MO, D. D. DIDACO PETRA MARSORVM EPISCOPO

Diebus vigeſima quinta, ſexta, & ſeptima Menſis Iunij Anni 1673. Piſcinæ.



R O M AE,

Ex Typographia Nicolai Angeli Tinaſſij. M.DC.LXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

I. de Angelis Archiepiſc. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Raimundus Capiſucchius Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

EDICTVM
INDICTIONIS SYNODI
DIDACVS PETRA
Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Marſorum.

ADM. RR. DD. ARCHIDIACONO, ET CANONICIS huius Eccleſiæ Cathedralis, nec non vniuerſo Clero Marſicanæ Diœceſis. Salutem in Domino ſempiternam.

CVM mihi omnium Epiſcoporum minimo data ſit (vt vtar verbis Apoſtoli Pauli aliquantulum immutatis) gratia hæc euangelizare vobis per munus Paſtorale inueſtigabiles diuitias Chriſti: opportunè id facturum me credidi, ſi denuò congregarem totius Diœceſis Synodum; Eccleſiæ videlicet Catholicæ conſuetudo fuit ab ipſis Apoſtolis inducta, vti huiuſmodi Sacri cætus inſtituerentur ad pietatem Populorum confirmandam, ad abolenda vitia inueterata, & ad mores tam Cleri, quàm Ciuium ad normam Euangelicam confirmandos; Igitur Dilectiſſimi filij vti pro certo mihi perſuadeo gratiſſima vobis erit hæc mea ad hanc Sacram Synodum celebrandam propenſio; Quamuis enim difficile videatur, ac laborioſum agere id, quod potius eſt accedentium ad montes æternos, quam imbecilli um; tamen cum eodem Paulo licet dicere, omnia poſſumus in eo, qui nos confortat; Certè non eſt mihi propoſita, niſi gregis mihi commiſſi ſalus, & diuinæ gloriæ propagatio. Præterea cum noſtris appareant oculis SacroSancti Conc.

Trid: ſanctiones, ac exempla aliarum Eccleſiarum, in quibus pluribus iam ſæculis continuatis ſancta hæc Synodorum conſuetudo retenta fuit, cur nos timeamus hanc conuocationem tam ſalutarem, tam neceſſariam? Pro Deo, & animarum ſalute quilibet labor tentandus, & nullus refugiendus, nullaque prorſus difficultas formidanda. Veſtra mihi pietas perſpecta ſatis eſt, qua fretus in hoc opus me conieci, adeoque in Domino confido, vt qui incæpit, ipſe perficiat. Augete interim preces, & ieiunia, vt augeatur in nobis ardor iuuandi Publicæ rei, cuius cauſa licebit nobis ea ſignificare, quæ vel medelam, vel incrementum, vel emendationem repoſcunt, ſic diſcemus etiam ea, quæ nobis ſunt ſcitu neceſſaria, ne quadret in nobis illud Prouerbiorum 17. Qui euitat diſcere, incidet in mala. Qua propter his noſtris litteris ipſam Synodum die Dominica, quæ erit decima quarta Menſis proximi Iunij Deo adiuuante celebrandam indicimus in hac Ciuitate in noſtra Eccleſia Cathedrali. Mandantes ſingulis Capitulis, Abbatibus, Canonicis, Archipresbyteris, Præpoſitis, Rectoribus, Parochis, Curatis, Cappellanis, & reliquis Eccleſiaſticis tam in maioribus, quàm in minoribus Ordinibus conſtitutis, tam Beneficia, Altaria, & Cappellas obtinentibus, quam non obtinentibus, alijſque de Iure, vel conſuetudine huic ſanctæ Synodo intereſſe debentibus, vt ſub pœna ducatorum viginti quinque locis pijs noſtro arbitrio applicandorum, & in ſubſidium excommunicationis ad illam antecedenti die quilibet eorum accedát, decenti tonſura habitu talari cum ſuperpelliceis mundis, & biretis, nec diſcedat niſi cætu prædicto completo: & qui fuerit legitimè impeditus (quod à nobis noſcendum erit) ſaltem per ſex dies ante coram noſtro Vicario Generali cauſam adducat, aliàs eis ſubiaceat pœnis. Eiſdem omnibus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & Regulares omnes noſtræ Diœceſis in Domino adhortamur, vt à die publicationis huius noſtræ Paſtoralis litteræ vſque

ad finem dictæ Sanctæ Synodi qualibet feria quinta vnam Miſſam de Spiritu Sancto in eorum Eccleſijs celebrent, & in alijs collectam dicant: & Dominicis diebus Parochi cũ eorum Populo Litanias Sanctorum ante Miſſam recitent. Curati omnes die antecedenti ab eorum diſceſſu, etiam irrequiſiti viſitent Parochiæ ægrotos, ſi adſint, & eas, ac eos alicui Sacerdoti etiam Regulari viciniori, durante Synodo, commendatos relinquant. Valete interim, & orate pro me dilectiſſimi filij corona mea, & ſolatium meum. Præſentes publicentur, & affigantur in hac Cathedrali, & Eccleſijs omnibus Parochialibus, & ita vim habeant, ac ſi omnibus eorum perſonaliter notificatæ fuiſſent. Datum Piſcinæ ex noſtro Epiſcopali Palatio die prima Ianuarij 1673.

Didacus Marſorum Epiſcopus.

Supradicta conuocatio Cleri facta per noſtrum ædictũ Generale ob iuſtas cauſas, & ad maturiùs ordinandas Sanctiones in Synodo Diœceſanó faciendas de noſtro mandato prorogata fuit ad diem vigeſimam quintam Menſis Iunij eiuſdem anni, iuxtà Epiſtolas circulares vniuerſo noſtro Clero tranſmiſſas ſub datum Piſcinæ 12. Aprilis 1673.

Didacus Marſorum Epiſcopus.

PRÆ-

PRAEFATIO AD CLERVM HABITA AB ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. DIDACO PETRA MARSORVM EPISCOPO

Prima Die Diœceſanæ Synodi.

QVod Spiritui Sancto gratum, nobis ſalutare, ac Poſteris vtile ſit inchoamus, Dilectiſſimi filij, ſacram Synodum, in qua coram Deo, tamquam ad diuinitatis tribunal adducti debemus ea ſtatuere, quæ ad ſalutem, pietatem, & bonos mores huius Diœceſis pertinent. Veſtram omnium hic prudentiam, & opem poſtulo, vt conuenienti modo, vnanimi conſenſu, & religioſa conſtantia Diuinæ voluntati publicæque rei ſatisfaciamus. Quod autem in corpore humano contingit, vt humores, vel corrumpantur, vel contabeſcant, atquè indè naſcatur morbus, qui per conſilia medicorum tollendus eſt; Id aliquando etiam accidit in Populis, & Vrbibus, vt ſancta opera non rarò degenerent in peccata, & malefacta, ex quibus oritur, & mors animæ, & ruina æternitatis; Itaquè conſilium ſeniorum, ſeù Presbyterorum adhibendum eſt, vt impedimenta ſalutis, animorumque morbi tollantur. Proponentur varia capita, in quibus continebitur ſumma rerum tractandarum. Noſtræ pietatis, & diligentiæ erit nihil commodi priuati gratia prætermittere, quod ſit neceſſarium, atque ſalutare. Diuinum eſt bonum, quod publicum eſt; publicum ergo bonum tantummodo ante oculos habeamus, vt placeamus Deo.

DIDACVS PETRA
Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Marſorum.

Decretum de Præiudicio non inferendo in Celebratione noſtræ Primæ Diœceſanæ Synodi.

IN Dei negotijs peragendis omnis procùl debet eſſe contentio; Ad cunctas illas, quæ de facili huic noſtræ diœceſanæ Synodo ab Inimici impulſu oriri poſſint euitandas, decernimus, volumus, & expreſsè mandamus, ſi cui contigerit ſuo loco non ſedere, incedere, ſtare, vocari, aut aliud quidpiam agere, vel quouis modo, & quauis de cauſa, etiam hìc non expreſſa, quæ tamen pro expreſſa habeatur, nemini ob id nouum ius acquiri, nullumque alteri præiudicium exoriri, vel inferri, aut poſſeſſionem, vel quaſi induci, ſed omnia, & ſingula in eo ſtatu permanere, in quo erant, antequā hæc Diœceſana Synodus celebraretur. Præcipimus itaque, ac ſtrictè mandamus omnibus, & quibuſcunque cuiuſuis gradus, aut conditionis exiſtant, ne quis eorum per ſe, vel per alium, ſiue per interpoſitam perſonam etiam ſæcularem ſub quouis prætextu audeat diſſentire, vel altercari, ſub pœna ducatorum quinquaginta irremiſſibilitèr exigenda, & noſtro arbitrio locis pijs applicanda. Et nè vllus cauſam ignorantiæ allegare valeat; mandamus præſens Decretum per noſtrum Secretarium Synodalem legi, & publicari, & deinde ad valuas noſtræ Eccleſiæ Cathedralis affigi, & vim habere, ac ſi cuilibet perſonaliter notificatum foret. Datum Piſcinæ ex noſtro Epiſcopali Palatio Die 23. Iunij 1673.

Didacus Marſorum Epiſcopus.

De-

Decretum de non diſcedendo.

PRæcipimus, & mandamus vobis omnibus, & ſingulis, qui huic ſynodo de iure, aut conſuetudine intereſſe debetis, ne ſub pœna in Edicto iam promulgato contenta ab hoc loco diſcedere valeatis, & debeatis abſque noſtra, vel noſtri Vicarij Generalis licentia, donec quælibet Synodalis ſeſſio fuerit abſoluta, vel intermiſſa; imò ſub eadem pœna iubemus, vt vos omnes, & ſinguli redeatis, & permaneatis in hoc ſeſſionali loco toto illo tempore, quod pro alijs ſeſſionibus fuerit indictum.

Didacus Marſorum Epiſcopus.

In Nomine Sanctiſs. & Indiuiduæ Trinitatis

PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI.

Incipiunt Conſtitutiones Synodales Marſicanæ.

TITVLVS I.

De Sancta Catholica, & Orthodoxa Fide.

CVM nemo tendere poſſit in finem, niſi cognitionem eius, & mediorum ad illius conſequtionem neceſſariorum habeat; neceſſaria eſt cuilibet rationali Creaturæ cognitio fidei: fides enim ſubſtantia eſt, quaſi ſubtus ſtans, quia per eam totum ſpirituale ædificium ſubſtentatur, & vti fundamentum, initium, & radix æternæ ſalùtis, & omnis iuſtificationis habetur; Quarè vt in corde ad iuſtitiam, & in ore ſeruetur ad ſalutem, ex antiquorum Conciliorum exemplo profeſſionem fidei iuxta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ traditionem hic apponimus, vt nunc ab omnibus nobis, & in poſterum ab alijs, ad quos ſpectat fideliter prærecitari poſſit. Quæ profeſſio eſt huiuſmodi.

D. Bernard. Senen. ſerm. 2. de fide.

Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 8.

D. Paulus ad Rom. cap. 1. Conc. Nicen. 1. ſub 5. ſylu. conſtãt. 6. ar. 17. mogunt. cap. 1. Trid. ſeſſ. 3.

Ego N. N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula quæ continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. vtitur videlicet. Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem Cæli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei Vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt; qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cælis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt; crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas; & aſcendit in Cælum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis; & in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglori-

rificatur, qui locutus eſt per Prophetas, & vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones; reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſanctam Scripturam iuxta eum ſenſum quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt etiam iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum admitto, nec ea nunquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino Noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto; Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in Sacro ſancta Tridentina ſynodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro viuis, & defunctis, atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & Sanguinem vna cum anima, & Diuinitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantùm ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi; Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari: Similiter, & Sanctos, vna cum Chriſto regnantes venerandos, atque inuocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offetre, atque eorum reliquias eſſe venerandas: Firmiſsimè aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, & venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſiam relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano Populo maximè ſalutarem eſſe affirmo; Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro; Cætera item omnia à ſacris Canonibus, Accumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacro

cro ſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizzatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizzo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum, ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Omnes autem Eccleſiaſtici qui in hac Synodo intereſſe deberent, & non interſunt in prima Synodo Diœceſana emittent eandem fidei profeſſionem.

Prouiſi de beneficijs quibuſcunque curam animarum habentibus ad minus infra duos menſes adeptæ poſſeſſionis publicam fidei profeſſionem in manibus noſtris, vel noſtri Vicarij generalis, ſeu officialis emittere, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondere, ac iurare teneantur, iuxta ſacri Concilij Tridentini, & felic. recordationis Pij IV. Conſtitutiones, aliàs fructus ſuos non faciant, & ſubiaceant pœnis noſtro arbitrio.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de ref. Pius Papa IV. in Conſt. quæ incipit. Sacroſancta B. Petri, & in ea iniunctum.

Dignitates, & Canonici Cathedralis noſtræ Eccleſiæ, eandem fidei profeſſionem ad minus quoque intra eundem terminum non modò in manibus Ordinarij, ſed etiam Capituli ſub eiſdem pœnis emittere teneantur; & hortamur omnes, vt ſaltem in die anniuerſario, quo illam emiſerunt, priuatim eandem formulam profeſſionis fidei recitent, cum hæc ſit ſydus fulgentiſſimum ad Cæleſtem Patriam nauigantibus prælucens.

Id. Conc. et eædem Conſtitutiones.

Tam laici, quam Clerici docentes Theologiam, Philoſophiam, Canonicam, vel Ciuilem, Cenſuram, medicinam, grammaticam, vel alias quaſcunque liberales artes quocunque modo tàm publicè, quàm priuatè in quibuſcunque locis noſtræ Diœceſis profiteri, ſeu lectiones aliquas habere, vel exercere non præſumant, niſi emiſſa prius dicta profeſſione præmanato modo, ſub pœnis in eiſdem Conſtitutionibus, alijſque noſtro arbitrio infligendis.

Et quamuis in noſtra Diœceſi Græcos commorari, compertum minimè ſit, quia tamen temporis interuallo accidere poteſt aliquos ex tali natione in ea ad commorandum poſſe conuolare, monemus illos ad quos cura animarum pertinet, aliam eſſe fidei profeſſionis formam à dictis emittendam iuxta Greg. XIII. Bullam, quarè ſi contigerit aliquos ex eis eſſe ad dictam profeſſionem compellendos, iuxta formulam in dicta Conſtitutione contentam compelli debent.

Vide Durant. in Bull. verbo Græci ritus.

Greg. XIII. in.

In cap. 2. qui cunque §. inhibemus de Hæreticis in 6.

Laici cuiuſcunque gradus non audeant neque publicè, neque priuatim quæſtiones de fide Catholica exagitare ſub pœna excommunicationis iuxta Alexandri IV. Conſtitutionem.

Nemo audeat Domini Noſtri Ieſu Chriſti Paſſionem, vel ſacra dogmata quæcunque in quouis loco recitare niſi fuerint à nobis probata: neque profana in locis ſacris, vel Eccleſiaſticis, eorumque atrijs & proprijs domibus illis annexis ſub pœna excõmunicationis.

Act. Eccleſ. Mediol.

Notarius ſeu Cancellarius noſtræ Curiæ in aliquo certo libro, qui in eiuſdem Curiæ Archiuio aſſeruetur, eorum nomina, cognomina, gradus, & dignitates, qui illam emiſerint, & in poſterum emittent diligenter adſcribat.

Commorantes nunc, & in poſterum in hac noſtra diœceſi teneantur ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, vltra alias pœnas contentas in Apoſtolicis Conſtitutionibus ad nos deferre confeſtim hæreſis ſuſpectos, aut quouis modo à fide Catholica aberrantes, aut eorum ſectatores, fautores, ſeu defenſores, nec non maleficos, ſortilegos, alioſque conſimiles iuxta noſtrum edictum generale publicatum, & in calce huius Synodi inſertum, quoniam cauſa eiuſque vtilitas communis eſt, & ibi intelligenda eſt præcipua ratio vtilitatis, vbi vigilat cura communis.

S. Leo Papa.

Si apud Ethnicos quoque notum erat certis ingenijs immorari, & innutriri oportere, ſi aliquid trahi velint, quod in animo fideliter ſedeat: eo magis apud Chriſti fideles: ideoque ſacroſancti Concilij Tridentini ſummorumque Pontificũ authoritate probatis, laudabiles, & orthodoxi libri ab adulterinis, perniciosis, ac apocryphis ſingulari diligentia diſtincti ſint, ad fidei catholicæ, doctrinæque integritatem ſaluam, incorruptamque in Eccleſia Dei retinendam; Mandamus itaque ſtrictè omnibus, & quibuſcunque noſtræ Diœceſis, quod ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ contenta in cap. 1. Bullæ Cœnæ Domini, ne libros hæreticorum hæreſim continentes, vel de religione tractantes ſcienter legant; vel retineant publicè, vel occultè, quouis colore ſine facultate Sedis Apoſtolicæ, vel quomodolibet defendant, & contra eos tamquam ſuſpectos de hæreſi procedatur. Sicuti ſub pęnis in Indice contentis ſubijcimus legentes, vel retinentes alios libros prohibitos, vel alijs legendis præbentes. Meminerint Aſtrologiam iudiciariam, ſeu quamlibet artem diuinatoriam, quomodolibet profitentes; nec non recipientes, vel retinentes, ſeu oſtendentes, etiam ſpontè oblata, iudicia, prognoſtica, ſeu prædictiones, aut eis vtentes, ſe eſſe reos cenſurarum, ac pœnarum in Bullis Pontificijs expreſſarum.

Bull. in Cœna Domini cap. 1. Index libr. prohib. Alexan. VII. Pót. Max. iuſſu editus Romæ anno 1664 Pont. conſt. Siſtus V. in conſtit. XVII quæ incipit Cœli, Vrbanus VIII. in alia CXIV incipiente. Inſcrutabilis iudiciorum Dei.

TITVLVS II.

De Doctrina Chriſtiana.

ANimus noſter dum eruditur, ad præſcriptum iuuatur, & eo magis in pueros, qui ad præſcriptum diſcunt, ac aliena manu per litterarum ſimulacra ducuntur, cum homo, animal manſuetum ſit, & ſi cum felici natura rectam quoque educationem aſſecutus fuerit, manſuetiſſimum euadere ſolet: ſin autem non ſatis, aut non benè educatus fuerit ferociſſimum animal redditur. Attendentes hoc non tam Patres Sac. Conc. Trid. quam Summi Pontifices, & quod infantes, & pueri bonis moribus, & exercitijs educati, quaſi ſemper vitam honeſtam, pudicam, & exemplarem, ac aliquandò ſanctam agunt: & è conuerſo ſi ob parentum carentiam, vel paupertatem, aut illorum, ſeu miniſtrorum incuriam non ſic educantur, perſæpè ducuntur in exitium, & quod peius eſt ſecum ducunt plures in interitum; ſtrictè præcipiunt Archipresbyteris, Plebanis, & quibuſcunque Parochiales Eccleſias, vel aliàs curam animarum habentibus, quod per ſe, vel alios idoneos, ſi legitimè impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis, & ſolemnibus feſtis plebes ſibi commiſſas, pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis; docendo quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, & annunciando eis facilitate, & breuitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & Cœleſtem gloriam conſequi valeant. Senec. Mor. Epiſt.XCIV. Conc. Trid. ſeſs. V. de refor cap. 2. Ezechiel. 33.

Ad noſtram quoque igitur exonerandam conſcentiam inhærendo Prædeceſſoris noſtri accuratis ſynodalibus Conſtitutionibus enixè præcipimus, vt omnes Parochi, cæterique in noſtra Diœceſi curam animarum habentes per ſe (legitimo impedimento ceſſante) alioquin per ſubſtitutos à nobis approbandos ſingulis diebus feſtiuis de præcepto ſecundæ Claſſis, & diebus Dominicis hora competenti, ac opportuna pueros, & puellas, quæ ſeparatim à maſculis aſſiſtant, aliſque fidei rudimenta ignaros, conuocandos in Eccleſia ad ſignũ Campanæ curent, ibique clarè, & explicitè inſtruant in eiuſdem fidei Catholicæ articulis, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ præceptis, necnon in reuerentia Deo, & Parentibus præſtanda, cæteriſque Chriſtianis virtutibus, ſub pœna ducatorum trium, pro qualibet vice, qua defecerint: & ſi per tres continuas (quod non credimus ob eorum pietatem) ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis per trimeſtre: Vltra diſtrictum iudicium, quod à Dei iuſtitia requiretur. Pius V. in ſua Conſtit. 137. quæ incipit ex debito. Paſtoralis officij.

Moneant prædicti ſæpe ſæpius ſicuti nos hortamur enixè in Domino Parentes ipſos, propinquos, tutores, & alios quorum curæ pueri ſunt cõmendati, vt eorum munus adimpleant in obiurgando illos nonnunquam blandè, nonnunquam verò minaciter, & aliquandò etiam verberibus ſi negligentes erunt, Eccleſiam adeundi præcipuè ad prænarratam doctrinam audiendam, & meminerint debere iudicare ſe filios genuiſſe, non vt mortales, ſed vt filij Gloriæ æternæ forent, alioquin rigoroſum Dei iudicium euadere minimè poterunt in die nouiſſima. Cum ſcriptum ſit. Cognoſcite hodiè, quæ ignorant filij veſtri, qui non viderunt diſciplinam Domini Dei veſtri.

Deuteronom CII.

Accedente verò notabili negligentia, vel contumacia ipſorummet Parentum à nobis punientur cenſuris, ſicuti prouidè agitur in Hiſpaniarum pijſſimis Regionibus.

Barboſ. de offic. et poteſt. Epi. p. III. alleg. LXXVI. num. 38. et de off. Parac. p. 1. cap. 15. num. 6. 4.

Sciant Iudi Magiſtri eos quoque ex officio teneri ad tam pium opus operam dare, vt adoleſcentes à teneris aſſueſiant ad bonum iuxta ſacras Conſtitutiones, præcipuè Leonis Decimi illos inſtruendo nondum in Grammatica, & Rethorica, cæteriſque huiuſmodi, verum etiam docendo ſaltem ſemel in hebdomada ea, quæ ad Religionem pertinent, vt ſunt præcepta diuina, & Eccleſiaſtica, Articuli fidei, ſacri Hymni, & Pſalmi, Sanctorum vitæ, cæteraque opportuna ad rectè, piequè viuendum. Ipſoſque ad hoc cogendo in quantum fas erit, cum omnis ætas ab adoleſcentia prona ſit ad malum.

Leo X. in Conſtit. VII. incipien. Supernæ diſpoſitionis arbitrio §. 31.

Clericis adſcriptis Eccleſiaſtico ſeruitio mandamus; vt eorum Parochis reſpectiuè coadiuuent, dummodo grammaticæ curſum perfecerint, & præ multitudine edocendorum opus per Parachos, vel alios, quibus competit de Iure, compleri haud poſſit; alias ſubiaceant pœnis congruentibus.

Monemus quoque omnes, vt vbi commodè fieri poterit inſtituantur ſodalitates Doctrinæ Chriſtianæ ad progreſſum in dies tam ſalubris pij exercitij, fidelium inſtructionem, & ſequentium indulgentiarum conſequtionem.

Proptereà Parochi teneantur Populo nunciare ſaltem prima Dominica cuiuslibet menſis Maij inter ſolemnia Miſſarum hic adnotatas Indulg entias à Pio V. Greg. XIII. & Paulo V. conceſſas.

Pius V. in Conſt. quæ incipit. Ex debito Paſtoralis officij. Greg. XIII. Paulus V. in ſua incipiente Ex credito nobis Paſtoralis officij munere.

SOMMARIO D'INDVLGENZE

A chi inſegna la Doctrina Christiana ſe li concede da detti Sommi Pontefici cento quarant'anni d'indulgenza.

CHi è aſcritto alla Compagnia della Dottrina Chriſtiana, acquiſta indulgenza plenaria confeſſato però, e communicato, & in

in articolo di morte non potendoſi per accidente confeſſare, hauendo contritione de ſuoi peccati, & inuocando almeno col cuore il nome di Giesù, acquiſta anco l'indulgenza predetta.

All'isteſſi Confratelli ſi concede ogni terza Domenica di meſe l'iſteſſa Indulgenza plenaria.

E quelli di loro, che inſegnaranno coſe appartenenti alla fede Cattolica Chriſtiana, ò interuenrianno alle Congregationi della detta Compagnia, acquiſtano per ciaſcheduna volta cento anni d'indulgenza, & altri tanti anni acquiſtano coloro, che aiutano in tal eſercitio, ò aſſiſtono per eſſo.

La medema Indulgenza d'anni cento ſi diſtribuiſce alli Padri, Madri, Parenti, Tutori, & altri, che manderanno, ò condurranno li loro figli, figlie, parenti, pupilli, & altre perſone ad imparare la Dottrina Chriſtiana, e dicendo cinque Pater, e cinque Aue, con pregare la Maeſtà Diuina per l'eſaltatione di Santa Chieſa, per l'eſtirpatione dell'Hereſie, & per l'auumento, e conſeruatione di detta Compagnia.

TITVLVS III.

De Blaſphemijs, & Maledicis.

MAnifeſtum eſſe putamus omnibus hominibus, qui rectè ſapiunt, quam deteſtabile, atrox, & immane ſit apud tabulas tàm ſacras, quàm Canonicas, & ciuiles ſcelerata temerariorum hominum abominatio, ac impia audacia, qui ad imaginem ſummi Creatoris facti, illiuſque Filij tàm pretioſo ſanguine, & miſericorditer redempti; Diuinam Maieſtatem, eiuſque Sanctiſſimam Matrem, vel Sanctos ſpernunt, & contemnunt, maledicendo, ſeu blaſphemando, vel impuro ore iniurioſa dicta, & maledicta proferendo; reddendo ſeipſos pietate Dei indignos, & iam incipiunt ſocios criminis eſſe Diaboli, quos conſortes poſteà poſſidere ſperant.

Hinc ad abolenda, quantum (Diuina prouidentia adiutrice) poſſimus huius peſtiferi criminis impia ſemina: Curati, ſeu Parochi die Dominica prima poſt Paſcha Reſurrectionis, quæ dicitur in Albis, & prima Dominica Nouembris quolibet anno inter Miſſarum ſolemnia Populo voce materna pœnas contra blaſphemos à lege manatas clarè exponant, vt ſaltem formidine illarum deterreantur; nempe quomodo.

Ex veteri lege, & ex Imperialibus legibus illos morte naturali Leuitic. cap. 23. littera C.

pu-

Auth. vt non lux. con. nat. nec int. §. prætereà. Ex Conſtitut. Pij V. Cum primù Apoſtolatus.

puniendos, mandatum erat: & quomodo in Iure Eccleſiaſtico præcipiatur, quod quicunque contra Deum, vel eius Sanctiſſimam Matrem Virginem Mariam publicè, & expreſſè blaſphemauerit, ſi Clericus ſit pro prima vice fructibus vnius anni omnium ſuorum beneficiorum priuetur: ſecunda vice eiſdem beneficijs, tertia vice omnibus dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Si autem careat beneficijs puniatur pœna pecuniaria, vel corporali pro prima; ſecunda carceribus: Tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur.

Cap. ſtatuimus de maledic. Conc. Lateranenſi ſub Iul. II. ceptũ ſub Leon. X. continuatum ſeſſ. 9.

Si vero laicus erit, eadèm prima vice per diem integrum feſtiuũ de præcepto ante fores Eccleſiæ manibus poſt tergum ligatis, & in ore fræno, vulgo mordacchlo conſtituatur: Si ſecundo duobus diebus ſimilibus: ſi tertio quatuor conſimilibus, alijſque pęnis ex Pontificijs Bullis, præcipuè Leonis X. ex Conc. Lateranenſi; & Pij V. anno 1566. Kal. Aprilis per quem atrocior pœna etiam ſtatuitur, qui reliquos Sanctos blaſphemauerint, pro blaſphemiæ qualitate noſtro arbitrio punietur.

Conſtit. Regni incip. Blaſphemáribus Prag. Regis Ferd. incip. Conſiderando. Prag. Reg. Philippi incip. Perche molti ribaldi.

Magiſtratus omnes in noſtra Dięceſi exiſtentes, in viſceribus Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti vehementer hortamur, vt contra laicos rigoroſè tribuant pęnas per Regias Pragmaticas huius Regni inflictas, præſertim condamnationis ad triremes per quatuor annos, memóres vltra indulgentias in Conc. Later. conceſſas decem annorum, vltimam mercedem ſe conſequuturos à Deo.

Noſtro prænarrato Edicto in hac Synodo inſerto, & publicando bis in anno in primis ſcilicet Dominicis Aduentus Domini, & Quadrageſimæ, cautum eſt, & denuò mandamus, reuelandos eſſe ſub pęna excommunicationis ad noſtrum Tribunal illos, qui blaſphemias hæreticales pronunciant, quod euenit, quando blaſphemia cum hæreſi connexionem habet.

Ad euitanda, quantum in nobis eſt, ſcelera, & mala, quæ prouenire ſolent ex famoſis libellis, ſtatuimus, pęnam excommunicationis ſubire eos, qui illos compoſuerint, ſcripſerint, affixerint, vel ſtudioſè diuulgauerint; abſolutionem pro tali cenſura nobis reſeruantes.

Vtque animarum ſaluti, inquantum poſſumus, conſulamus, cuique ſciendum eſt, quod tribuentes Deo, quod nullatenus competere queit, vel negantes, quod propriè Deo conuenit, blaſphemi dicuntur hæreticales, idemque dicendum de ijs, qui Creaturæ, quod tantùm Dei eſt, imprudenter concedunt. Quarè dicentes Deum hoc facere haud poſſe, dummodo res ſit licita, vel hoc faciam inuito Deo, vel diſpliceat Deo, blaſphemi nuncupantur. Item dicentes iniuſtus eſt Deus, partialis, &c. vel maledictus Deus, non reperitur Deus,

ſi

ſi hoc mihi euenerit &c. vel renego Deum, ſuamque fidem &c. nam certè verba huiuſmodi blaſphemiæ dicuntur.

Et quoniam his noſtris temporibus Creaturarum irrationabilium maledictio frequentiſſima eſt, præſertim in ijs fragilioris ſexus, aiendo maledictus ſit ventus, ſit aqua, & ſimilia; Confeſſarijs ſtudendũ eſt, vt pœnitentes interrogent, an dum huiuſmodi proferunt verba, intendant ea maledicere, prout ſunt Dei creaturæ, quia tunc mortale peccatum eſſet, aliàs ſine tali intentione eſt verbum otioſum. Pariformiter maledictio animarum in Purgatorio exiſtentium ſi proferatur, vt eis grauiores ſuperaddantur pœnæ, vel vti Creaturæ Dei peccatum mortale eſt. Siluester verbo maled. n. 2. Card. Tol. lib 4. cap. 13 verſ. ſi verò Caiet. verbo maled.

TITVLVS IV.

De Cultu, & obſeruatione Feſtorum.

NOn mundanis voluptatibus deditis obediendo, Chriſtifideles erudiuntur, ſed eadem mente, & eadem ſententia Deo famulatum circumciſo corde præſtando, vti fideliſſimi ſerui, ac illi tamquam perenne ſidus veluti nauigantes curſumque actionum continuò dirigendo confirmantur: & hoc ſi quocunque temporis ſpatio agendum erit, præcipuè tamen diebus Dominicis, alijſque feſtiuis, quibus Redemptoris noſtri, Martyrumue victoriæ, ac cæterorum Sanctorum feſta recoluntur; & in illis quos illuſtriores Sacramenta fecerunt; noſtra corda expurgando diligentiori diſciplina, vt ſi quid negligentiæ per aliquos dies egimus eorum meritis, vel precibus expietur. Ad pietatem igitur in noſtro Populo excitandam, & deuotã, ac religioſam dierum feſtorum celebrationem augendam, hæc ex ſacris Canonibus ſeruari mandamus. D. Greg. in regi.

Diebus omnibus feſtis de præcepto, Clerus, Populuſque noſter Diuino Cultui, & propriæ ſaluti tantummodò vacet: Proindèque quilibet teneri ſciat ſacrum deuotè audiendum eſſe ſub præcepto peccati mortalis: ſicuti abſtinendum ab operibus illicitis, & ſeruilibus à media nocte præcedentis diei, vſque ad aliam ſequentis: ſi ſecus fiat, præter Diuinam vltionem, pœnam incurrat librarum trium ceræ albæ elaboratæ locis pijs noſtro beneplacito applicandarum. Et Pater, Dominus, ac Artifex teneantur pro filio, famulo, & Miniſtro iuxta alias Conſtitutiones Synodales huius Eccleſiæ. Si autem tranſgreſſores prædicti pertinaciter perſeuerent, luant pœnam decem librarum dictæ Ceræ. Et Vicarij foranei miſſo aliquo nobis ſubiecto per loca,

& territorium eis commiſſa, contra tranſgreſſores pœnam prędictam exigant, noſtrum Vicarium generalem certiorando ſub pęnis noſtro arbitrio.

In caſibus autem quotidianis vbi neceſſitas vrget, vel pietas ſuadet, & ad noſtrum Vicarium Generalem recurſus minimè haberi poteſt pro licentia, ſeù facultate obtinenda, liceat Vicarijs foraneis in eorum Vicaria eam gratis, & in ſcriptis (ſub pęna nullitatis) elargiri; & in eorum abſentia, vel in Oppidis vbi hi non degunt, & ſine incommodo graui ad illos acceſſus haberi non poſſit, valeant eodem modo eam concedere Parochi pro eorum Parochianis: Conſcientiam tamen ipſorum omnium ſtrictim onerando, ad noſcendum, num vlla ex dictis cauſis ſubſit propter quam diebus feſtis liceat ſeruilibus vacare.

Paulus V. in Conſtit. Incipit. Cum primumKal. April. 1606.

Mercatus his diebus non fiant, ſed transferantur in ſequentem, vel antecedentem diem.

Ad inſtructionem verò noſtrorum Officialium hic inſerta habetur reſolutio Sac. Cong. Card. Conc. Trid. Interpret.

Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. p. 2. c. 16. nu. 22. & ſeqq.

Præceptum de Dominicis, & feſtiuis diebus ſanctificandis, & obſeruandis ſub prætextu mercatuum, nundinarum, & feriarum nullatenus eſſe violandum. Cęterum his diebus licere agaſonibus, ac alijs iumentorum vectoribus, ſeù mercium conductoribus, baiulis, & aliis huiuſmodi ſeruos, & miniſtros, Sarcinas, & onera nundinarum cauſa exonerare, & deponere, incœptumque iter, Miſſa tamen prius audita, tranſeundo proſequi, & continuare, non autem debere ſarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum, neque mercatoribus, aut aliis Ciuibus, & viatoribus in diebus, etiam clauſis apothecis, merces vendere, emere, aut aſportare licere, niſi tantùm ad victum neceſſaria, aut alia munuſcula, & modici momenti opera iam conflata, & elaborata pro tranſeuntium, aduenarum, & exterorum vrgenti, & præſentanea neceſſitate, & opportunitate.

Obſeruandum verò erit, quod in caſibus licitis petenda quoque eſt licentia, neque propria authoritate id vſurpandum præſumatur.

Cap. Conqueſtus de feriis.

Ne fideles à diuinis diſtrahantur, conquieſcant profanæ negotiationes, & iudiciorum ſtrepitus: Neque iuramenta præſtentur, vel exigantur in iudicio, nec etiam in illis contractibus, in quibus præſtari contigerit, ſine noſtra licentia, ſub pęna nullitatis. Vllæ rerum, vel perſonarum exequtiones, etiam pro fiſcalibus ſolutionibus, vel Curialibus fiant, niſi cum iure nominatim datum eſt, ſub excommunicationis pęna.

Quoad Comœdias in præfatis diebus, ludos Theatrales, Nobullones, tripudia, aliaque conſimilia, non permittant prædicti Vicarii,

rii,

rij, vt ſtatuta in dictis Conſtitutionibus Synodalibus noſtri Anteceſſoris in hoc met titulo contenta(quæ etiam innouamus) ad vnguem obſeruentur.

Magiſtratus quoquè in Domino excitamus ad ardenter procedendum contra tranſgreſſores prædictos, in ijs autem, quæ iuridicè eorum muneris erunt.

Parochi, ſeù Curati annuncient iuxta S.C.T. cautionem Populo inter Miſſarum Solemnia feſtos dies, in quibus vacandum minimè eſt operibus illicitis, & ſeruilibus. Et ne vllus poſſit ignorantiæ clipeo ſe defendere, feſta obſeruanda ex præcepto adnotare non omittimus.

IANVARIVS.

1. Circumciſio Domini.
6. Epiphania Domini.

FEBRVARIVS.

2. Purificatio B. M.V.
24. Vel in Biſſextili 25. S. Matthiæ Apoſtoli.

MARTIVS.

19. S. Ioſeph Confeſſ. Sponſi B. M. V.
25. Annuntiatio B. M. V.

MAIVS.

1. SS.Philippi,& Iacobi Apoſt.
3. Inuentio S. Crucis.

IVNIVS.

24. Natiuitas S. Io. Baptiſtę.
29. SS.Petri, & Pauli Apoſtol.

IVLIVS.

25. S. Iacobi Apoſtoli.
26. S. Annæ Matris B. M. V.

AVGVSTVS.

4. S. Dominici Conf. pro Regno Neapolitano.
10. S. Laurentij Martyris.
15. Aſſumptio B. M. V.
24. S. Bartholomæi Apoſt.

SEPTEMBER.

8. Natiuitas glorioſæ V. M.
19. S.Ianuarij Epiſc.& Conf.Patroni Principalis pro Regno Neapolitano.
21. S. Matthæi Apoſtoli.
29. Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

OCTOBER.

28. SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum.

NOVEMBER.

1. Omnium Sanctorum.
30. S. Andreæ Apoſtoli.

DECEMBER.

21. S. Thomæ Apoſtoli.
25. Natiuitas Domini Noſtri Ieſu Chriſti.
26. S. Stephani Prothomartyris.
27. S. Ioannis Euangeliſtæ.
28. SS. Innocentium.
31. S. Silueſtri Papæ, & Conf.

Feſta mobilia de præcepto.

Reſurrectio D. N. I. Chriſti cum duobus ſequentibus diebus.
Aſcenſio D. N. Ieſu Chriſti.
Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus.

Feſtum Corporis Chriſti.

Omnes dies Dominici.

Inſuper Feſtum Patroni cuiuslibet loci, & noſtræ Diœceſis, dies glorioſæ Martyris S. Sabinæ. 29. Auguſti.

Parochorum quoque munus erit, Puerperas hortari, vt poſtquam conualuerint, ſtatim Eccleſiam petant ad debitas gratias Deo reddendas, benedictionemque Sacerdotalem ſuſcipiendam, ne ſacrificio prædicto priuentur cum lætali culpa ob inanes forſan cauſas, ſeù mundanos reſpectus.

Card. Tolet. lib. 6. cap. 9. qui decet has prauas cõſuetudines per Epiſcopos corrigendas eſſe.

Ad abolendum iniquum abuſum in aliquibus viris, & mulieribus non audiendi ſacrum in feſtis de præcepto per aliquod tempus ob mortem propinquorum, niſi vt vulgo dicunt; nel ſecondo officio dopo la ſepoltura, monemus omnes in Domino, eiſque mandamus ſub præcepto Sanctæ obedientiæ ad ſacrum audiendum omnibus diebus prædictis feſtiuis, nec eos ob prædictam cauſam excuſatos eſſe, declaramus.

Parochi in ſecunda Dominica in Quadrageſima, & in feſtiuitate omnium Sanctorum publicent Populo adſtanti in diuinis noſtrum Edictum in calce præſentium pro cultu Feſtorum quolibet anno.

TITVLVS V.

De Sacramentis in Genere.

NOuæ legis miniſtraturi Sacramenta ſine culpæ læthalis labe ſic mundi viuant, adque bonam famam luceant, vt vbique locorum proximis probitatis exemplum exhibeant, cum nefas ſit, pura ac ſancta ab impuris tractari, & Cæleſtia ab indignis miniſtrari. Quarè Sacerdotes omnes, quibuſue animarum cura commiſſa eſt, diligenter perpendant, vita, moribuſque ſe reddere irreprehenſibiles, & in populum eis commiſſum optimum odorem infundere, nemini pœnitùs neque verbis, neque factis vllam offenſionem dare attentent. Et ſi (quod abſit) quis contagio grauis culpæ detineatur, Confeſſarijque copia haud extiterit, & neceſſitas vrgeat, ſaltem per contritionis actum conſcientiam emundet, & quam primùm confiteatur, ne cum alijs panem frangit, in propriam animam ſcorpionem inducat. Et quoniam, qua decet reuerentia miniſterium huiuſmodi exercendũ putamus, propterea quicumque miniſter ante miniſtrationis actũ, ſi per tempus liceat, flexis genibus, aperto capite, ac demiſſo vultu aliqualiter oret, cum Dominus iuſſerit eſſe ſemper orandum, & mini-

niſtrando intentionem actualem, vel ſaltem virtualem infallibilitèr habeat, faciendique quod intendit Chriſtus, vel Catholica Eccleſia omninò curet.

Pro ſingulorum Sacramentorum vſu nitidam ſemper, mundamque materiam miniſter paret, & meliora, quæ ex optimis haberi queunt, ne omittat. Præterea ne ob irreuerentiæ crimen ira Dei inflammetur, miniſtri omnes Sacramenta collaturi, non dumtaxat diſſolutiones, riſus, clamores, ac deambulationes abhorreant, verùm omni pietatis, ac modeſtiæ lege Diuina perſoluant, ſub pœnis arbitrio noſtro.

Non tantum culpa, at ſimoniæ, auaritiæue vmbra, ac ſuſpicio à Sacramentorum Miniſtris abeſſe, requiritur, adeòque pretium nullum ſub quocunque prætextu, vel directè, vel indirectè, vel per ſe, vel per alium exigatur, quia quæ gratis Diuina Miſeratione accepimus, liberaliter, gratiſue communicare tenemur. Et ne Iudicis animus munerum calore alteretur, Confeſſarij omnes, tum Regulares, tum Sæculares in ipſa Confeſſionis occaſione munera quæcunque reijciant, & qui secùs fecerint in pœnas à iure ſtatutas nòſcant eſſe incurſos iuxta delicti grauitatem.

Dum Sacramenta ſolemniter miniſtrantur, ſacerdotes ſemper ſtola, ſuperpelliceo, ac talari veſte vtantur, cum manicis nigris, Ritusque, ac Cæremonias Ritualis Romani iuſſu Pauli V. fel. rec. infallibilitèr ſeruent ſub pœnis in cap. de eorum vita, & honeſtate infra contentis.

In dubium non reducitur, Sacramenta omnia eſſe ſigna ſenſibilia à Noſtro Saluatore misericorditèr inſtituta, quæ ſanctitatis tum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habent, propterea determinatas materias, & formas habent ab eodem Chriſto præſcriptas, quas ſecundum ſubſtantiam immutare, valorem Sacramenti deſtruit, ſi verò tantum accidentalitèr varientur, redditur Sacramentum illicitum.

Niſi grauis neceſſitas præmat, Sacramenta Baptiſmi, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ, ac Matrimonij nullibi præterquàm in Eccleſia adminiſtrentur, & qui alibi abſque noſtra licentia miniſtrare auſus fuerit, pœnis debitis mulctabitur, iuxta præſcriptum in cap. proprijs huius ſeſſionis. In caſu verò neceſſitatis, ſi Sacramentorum Miniſtris vel ad audiendas infirmorum Confeſſiones, vel Euchariſtam, ac Sacram vnctionem dandam, aliudue pietatis officium ſoluendum vocentur, quacunque poſtpoſita mora, ſtatim, ac animi alacritate ad eos ſe conferant, memores hilarem datorem diligere Deum, ipſoſque animarum ſpirituales medicos diuina benignitate conſtitutos, & pœnis arbitrarijs criminis qualitate puniendos.

Animarum curam exercentes ſæpè ſæpius præſertim dum ab eis con-

concio habetur grauibus verbis, & Spiritu Dei plenis Sacramentorum virtutem, euangelicamque doctrinam luculentèr explicent iuxta audientium, Populique captum, ac eo ſenſu, quo in Cathechiſmo Romano expreſſè committitur, ne noſtris temporibus Prophetæ audiatur clamor, paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis; Maximè tamen ſuadeant Redemptoris Noſtri nimiam Charitatem, qui vt fragilitati humanę præſidium perpetuò præberet facillimam, & excellentiſſimam medicinam pro ſingulis morbis mundo contulit. Vnde nemini liceat vel armis ſæptus, vel conſcientia indiſpoſitus, vel virtutis Sacramentorum inſcius ad Sacramenta accedere, ne Sanctùm detur canibus; & qui huic decreto non obtemperauerit, grauitèr noſtro punietur arbitrio.

Et ne impiorum prauitate ad conſceleratas molitiones ſuperſtitionis, vel alterius abuſus Sacramentorum virtus conuertatur, ſtrictè hoc Decreto mandamus Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum, Sacraq; olea in argenteis vaſculis aſſeruari, eorumque claues tantùm penes Parochos fidelitèr cuſtodiantur, & abſque neceſſitate nulli penitus ſub quouis prætextu committantur, & tunc perſonis tantùm Eccleſiaſticis in ſacris conſtitutis, vel etiam in minoribus, fide tamen dignis in eorum defectu; qua in re non dumtaxat eorum conſcientias oneramus, verùm ſi quid mali commiſſum fuerit, pœnis grauiſſimis iuxta iuris diſpoſitionem, & arbitrarijs nobis punientur.

In Sacramentis verò circumferendis non tam veſtium decor, ac honeſtas eluceat, at ne periculo vel ſcandalo occaſio detur, iubemus callepodiorum vſum omninò abijciendum, quamuis cænoſa via aliquid incommodi præſeferat.

Inſuper in Sacramentis circumferendis, ac circumcirca portandis accenſis luminaribus debito decore; ac Campanarum ſonitu fiat, qui ſecùs fecerit; pœnis arbitrarijs ſubiacere ſciat.

Et quoniam excommunicati tamquam putrida membra habentur in Catholica Eccleſia, quatenus ſunt contemptores clauium, propterea quibus Eccleſiarum, vel Sacramentorum cura commiſſa eſt, ne in celebratione Miſſarum, vel diuinorum officiorum, vel dum Euchariſtiæ Sacramentum venerationi exponitur, aſſiſtant, omninò caueant, ſub pœnis à iure ſtatutis, alijſque noſtro arbitrio imponendis.

Qui animarum curam exercent, libros quinque habere curent, alterum Baptizatorum, Confirmatorum alterum, alterum Defunctorum, Matrimonia contrahentium alterum, Vltimum omnium in propria Parochia Commiſſorum, quos ſemper apud ſe retineant, tùm vt abſque dolo innoteſcat, qui in Paſchate Reſurrectionis Euchariſtico pabulo non aluntur, tùm qui cognationis ſpiritualis vinculo de-

detinentur, alijſque de cauſis, qui contrafecerint ſubiecti ſint pęnis in his reſpectiuè impoſitis.

Sacris Canonibus inhærendo mandamus, vt hi, ad quos ſpectat, ante Paſchæ, ſeu Sabbati Sancti ſolemnitatem Chriſma, cæteraque Sacra Olea à noſtra Cathedrali petant, vt de nouo oleo vndam baptiſmalem conſecrare, aliaque adimplete valeant. Nec ab eis ob neceſſitatem ad id deſtinetur perſona niſi ſaltem conſtituta in ordine ſubdiaconali, & his deficientibus in Clericali, ſub pęna viginti quinque ducatorum.

Cap. ſi quos 122. de conſecr. diſt. 4.

Cap. Presbyteri C. omni tẽpore ſeqq. ead. diſtinc.

TITVLVS VI.

De Sacramento Baptiſmi.

POſt legis Euangelicæ promulgationem Filij iræ tantùm baptiſmi Sacramento ad ſpiritualem vitam renaſcuntur, vndè meritò ianua Sacramentorum à fidelibus nuncupatur, primamque Sedem inter cætera Sacramenta dignè obtinet; Eius natura eſt, vt ſit ablutio exterior corporis ſubpręſcripta verborum forma: cuius materia dumtaxat naturalis aqua aſſignatur, forma autem conſiſtit in his verbis: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; quibus nulla poteſt fieri vel detractio, vel additio, nullaue variatio, vt validitas Sacramenti habeatur, vel ſaltem in aliquibus caſibus licitè adminiſtretur.

Cap. 1 Bap. 1 1. de conſecr. diſt. 3.

Et quoniam in eo concupiſcentia extinguitur, non vt non ſit, ſed vt non obſit, & ſtola innocentiæ candida hoc Sacramento induimur, ne ſuperflui abuſus in eius adminiſtratione quandoque inducantur; ſuperuacaneos ornatus pænitùs prohibemus, cum in eius ſuſceptione Satanæ, & pompis eius abrenunciemus, Sacerdotum nemini liceat quempiam in aliena Eccleſia abſque noſtra, vel Parochi expreſſa licentia baptizare ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto per annũ, alijſque noſtro arbitrio. Miniſterium huius Sacramenti inter domeſticos, vel profanos parietes, ni vrgens neceſſitas inſtet, omninò interdicimus ſub pœnis arbitrio noſtro; & ſi domi dicta ex cauſa adminiſtrari contigerit, canonicus ſeruetur ordo: Nempè præferatur Sacerdos cæteris in ſacris initiatis, hì Clerico, hic laico viro, iſte verò mulieribus: Hac tamen lege, vt ſolùm ille miniſterio admittatur, qui huius Sacramenti formam integrè norit.

Cap. Eccleſia paradiſo 45. de conſecr. diſt. 4.

Victor Roman. Pont. in epiſt ad Theoph. Alex Epiſc. in Conc Cõſt. 6. c. 59.

Cap. in neceſſitate 22. de conſecrat. diſt. reſpectiuè.

Cath. Roma. p. 2. c. 2. n. 34 Concil. cita. D. Thó 3 p. q. 67. art. 1.

Fontes baptiſmales, in quibus Saluatoris vnda ſeruatur è marmore, aut ex ſolido lapide conſtent, minimine ditentur; ne cuipiam adi-

S. Carol. Borom. hoc tit. caſ. 6.

aditus pateat. In eis nitida, mundaque detineatur aqua; & dum infans abluitur, cura ſit Parochorum, & miniſtri, ne aqua è capite infantis fluens in eundem fontem defluat, ſed in aliud vas, vt deindè demergatur in Sacrarium.

Cum verò ſæpiſſimè accidat infantes domi baptizatos poſt vitæ diſcrimen ſoperuiuere, periculo ceſſante, mandamus, vt ſtatim illos in Eccleſia ſiſtant, non vt iterum abluantur, (ſi conſtiterit Parocho rectam formam baptiſmi ſeruatam fuiſſe) ſed vt cęremoniæ ab Eccleſia præſcriptæ ſuppleantur. Vnde Curati ſeduló populum eis concreditum de hoc inſtruant.

Nulli Mulierum, vel obſtetricibus vnquam hoc Sacramentum miniſtrare liceat, niſi perfectè, ſaltem materno, ſeù vulgari idiomate formam teneant, & niſi approbatæ fuerint à noſtro Vicario Generali, vel per Diœceſim à noſtris Vicarijs foraneis per loca ſuæ Vicariæ, quod gratis concedere habeant poſt diligens examen: aliàs tam ille, quam Parochi, ac Sindici, Procuratoreſue Vniuerſitatum eas admittentes in pœnis noſtro arbitrio incurrant.

Cap. placuit 111. de conſecrat. diſt. 4. S. Tho. 3. p. 9. 66. atg ad 4. S. Antonin 3. p. tit. 14. cap. 17.

Si, an hoc Sacramentum fuerit validè collatum, dubitetur, Parochus requiſitus ſub conditione baptiſmi verba proferat; dicendo: ſi tu non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; Quod dubium ſanè queit euenire, vel ſi infans abſque debito teſtimonio exponatur, vel in nemore reperiatur; aut ſi negligenter forma baptiſmi prolata ſit à baptizantibus in euentu neceſſitatis; in quo exactè inquirere debent Curati, illos interrogando, teſteſque præſentes perquirendo.

Ne parentum, vel maiorum incuria infantes aliquandò ſine hoc Sacramento decedant, ſub excommunicationis pœna præcipimus, quibus cura eſt, vt ſaltem ante nonum diem poſt exitum illorum ad lucem ad Eccleſiam deferant, vel deferri ſtudeant: niſi grauis neceſſitas aliud poſtulet, vel alia Canonica cauſa, à nobis tantùm approbanda aliter vrgeat.

Quod Sacra Tridentina Synodus expreſſè mandauit hic inſinuare non prætermittimus; nempè tantùm vnicum virum, vnicamque mulierem, vel adſummum vnum, & vnā poſſe baptizatum de fonte ſuſcipere, inter quos, & baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique Patrem, & Matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahitur, quæ matrimonij Sacramentum inire omninò impedit, & irritat. Hinc duo viri, vel duæ mulieres ſub quouis titulo nunquam admittantur; ſub pœna ducatorum viginti quinque locis pijs applicandorum.

Cap. non licet 103. de Baptiſmo, ſeù conſecr. diſt. 4. &c. Monach. 104.

Inſuper caueant omninò Parochi, ne in Compatres admittant Regulares cuiuſcunque Ordinis, vel inſtituti ſint, Excommunicatos,

pu-

publicè criminoſos, hæreticos, infideles, neque eos, qui ſemel in anno non fuerint confeſſi, & ſacro cibo refecti, vel Chriſmate libuti, aut minores 14. annorum, & eos, qui orationem Dominicalem, Angelicam Salutationem, Apoſtolorum Symbolum, ac Decalogi præcepta ignorant ſub pœnis nobis arbitrarijs.

Parochi non alio Chriſmate, quam eo, quod illo ipſo anno conſecratum eſt, baptizando vtantur; Parentibus, ſeù Compatribus inſinuent, infantibus ſolum Sanctorum, aut Beatorum nomina eſſe inponenda, vt cum ætate proceſſerint nominum ſimilitudine ad illorum imitationem exemplo excitentur: Vnde nomina non ſint turpia, non obſcura, haud ridicula, ac fabuloſa, non Ethnicorum, falſorumque Deorum, vel Planetarum, ſeu eorum, quæ inſana coluit gentilitas, ſed tantum Cæleſti, ac immortali patria fruentium.

Cap. in Baptiſm. 102. ead diſt. Concil. Mediolan. eod. tit. cap. 23. Cap. Si quis de alio de conſecr diſt 4. Cardin. Baron. to. 2. annal. fol. 44.

Illi ſicuti prædiximus, baptizatorum peculiarem librum conſtruāt, & conſeruent, in quo diem, Menſem, & annum, illorum nomen; Patris, Matris, ac Compatris, nomina quoque diſtinctè deſcribant, iuxta Romani Ritualis præſcriptum; vt, quæ matrimonia contrahere impediant, indubiè innoteſcant, qui non obtemperauerit pœna ducatorum decem mulctetur.

Conci. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. in med. Ritual. Roman.

In oblatione forſitan duorum infantium eodem tempore cuilibet illorum ſeparatim Catechiſmum, exorciſmum, cæteraque quæ cœremoniæ baptiſmaque ſigillatim miniſtrent, & mas, fæminæ præferatur, niſi neceſſitas aliter cogat, ſub pœnis noſtro arbitrio.

Cap. ſiue paruuli, ſiue Iuuenes 53. de conſecr. diſt. 4.

Nemo cuiuſcunque ſexus audeat ſub pœna excommunicationis, nec non ducatorum decem, alijſque ſalutaribus pœnitentijs, etiam exemplaribus infantes intra anni ſpatium in lecto excipere. Hyemis verò tempore intollerabilis frigoris cauſa fugiendi, per tres ad ſummum Menſes Parochi facultatem tribuant in ſcriptis, & gratis Parentibus, & nutricibus rogantibus, detinendi eoſdem infantes in lecto cum plena cautione, aut capſula, vt vulgò dicitur Il Guardiolo, munito tamen in omni latere; ne infantes aliquā læſionem patiantur

TITVLVS VII.

De Sacramento Confirmationis.

FIdelibus omnibus quàm maximè neceſſarium eſſe Confirmationis Sacramentum, quicumque ex Catholicorum grege indubiè fatetur, ſicuti indubiè declaratum habetur: omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum Sanctum poſt baptiſ-

Cap. 1. omnes cap. 2. Spiritus Sanctus de conſecrat. diſt. 5.

mum accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur; etenim non tantùm, ſicuti & cætera Sacramenta, eſt viſibilis gratiæ, viſibilis forma, verum per ipſum ſpecialis Spiritus Sancti gratia cordibus noſtris ad fidem profitendam mirè infunditur, eiuſque potentiſſimis muniti præſidijs ad pugnam contrà inferni contentiones fortiter cõfirmamur, & ſi in baptiſmate abluimur, poſt id ab eo roboramur, & inſtruimur ad agones huius mundi perferendos. Hinc Parochi indeficientèr laborent, & curent, vt ergà tantum Sacramentum debita in populo veneratio excitetur, & qua par eſt, puritate, & deuotione ſuſcipiatur; & ſi adultis miniſtrandum contigerit, qui lætaliter grauentur, confiteantur ſacramentalitèr prius, vt illius fructu abſque obice fruantur.

C. vt ieiuni ead. diſt.

Ieiunique accedant ſi manè miniſtratur. Et ſciant reiterationem huius etiam Sacramenti prohibitam illicit. mque eſſe.

Cap. dictum eſt 8. cap. de homine: 9. de conſecr. diſt. 5.

Ad ſuſceptionem huius Sacramenti non admittantur ſeptennio minores, niſi aliàs nobis aliquatenùs viſum fuerit; Confirmandoſque articulos fidei, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam ad minùs memoria tenere, opportunum putamus. Et inſuper nemo ſupra decimum quartum annum eiuſdem ſuſceptionem differre audeat ſub pœnis arbitrio noſtro imponendis; Ideòque cum tempus tale Sacramentum adminiſtrandi aduenerit, Parochi antecedenter die, ac neceſſitatem illius denuncient, vt confirmandi non tantùm ſe intimè præparent, verum vt capillos lauent, faſciam, & candelam ceream albi coloris parent, iuxtà Eccleſiæ conſuetudinem, eiſque notum ſit non licere nummos, vel aliquid à tali candela diuerſum offerre; & mares à parte ſua, feminaſque ab altera exiſtere debere, orantes deuotè in adminiſtratione illius manibus iunctis, & genibus flexis, abſque ſtrepitu, ſeù vaniloquio.

Poſt Confirmationis collationem Chriſmatis oleum in fronte infantis ſtatim à Sacerdote in Eccleſia bombice, vel ſaltem ſtuppa detergetur, quæ ſimul cum linteolo igni tradetur, cinereſque in ſacrario reponi Parochi curabunt; & priùs ſacro Chriſmate delibutis faſciam fronti aplicent, eamque per aliquod temporis ſpatium deferant; & caueant miniſtri ne Chriſma à laicis attingatur; neque Confirmati diſcedant ab Eccleſia ante Epiſcopalem benedictionem.

Nullus niſi vnum, vel alterum confirmandum præſentet: nec Maſculus fæminam, fæminaque Maſculum, niſi ex vrgenti neceſſitate & noſtra facultate aliter permiſſum fuerit; eademque hìc adhibeatur regula ne in patruos admittantur, qui non ſint confirmati, vel iuſto detinentur impedimento, quæ ſupra de ſacro fonte prohibuimus, hic obſeruanda declaramus. Infantes ante Pontificem in brachijs dextris per Patrinos teneantur; Adulti dexterum pedem, ſupra pedem dexterum Patrini decenter ponant.

Pontif. Rom

vt in §. 9.

Id Pontific. Rom.

Pa-

Parochi (ſicut in præfato cap. de baptiſmo præceptum fuit) confirmatorum librum teneant, ibiquè nomina confirmantis, confirmatorum, Parentum, Compatrum, & Commatrum diligenter notent, ſuoſque iuxta Concilij Tridentini decretum, moneant quomodò, & cum quibus per Confirmationis Sacramentum Cognatio ſpiritualis contrahitur, quæ matrimonium prohibet contrahendum, contractumque dirimit: Nempè inter Confirmantem, & Confirmatum, illiuſque Patrem, & matrem, ac Tenentem.

Conc. Trid. ſeſs.24. c.2. in fine de refor. matr. §. ea quoque cognatio.

TITVLVS VIII.

De Sanctiſsimo Sacramento Euchariſtiæ.

INter innumera noſtri Redemptoris dona nullum eſt, nullumue ſub quacunque temporis differentia dari contigerit, quod aliqualiter ſanctiſſimo, ac venerabili Sacramento Euchariſtico comparari queat; in eo namque Chriſtus Dominus, verus Deus,& homo, realiter, ac ſubſtantialiter continetur, quod amantiſſimus Saluator ex hoc mundo diſceſſurus, vt ſui erga nos amoris vbertatem oſtenderet, in futuræ gloriæ, ac perpetuæ felicitatis pignus relinquere immenſa pietate dignatus eſt; Vndè meritò panis vitæ, Angelorum eſca, cibuſque Cæleſtis nuncupatur, verèque animæ vita, & perpetua ſanitas mentis eſt. At quo maior eſt tanti Sacramenti ſanctitas, cò maiori deuotione, ac reuerentia ad illud ſuſcipiendum accedere debet; memores fideles illius tremendæ ſententiæ: qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non djudicans corpus Domini.

Conc. Trid. ſeſs. 13. c.1. & 2.

Abſtineant omnes grauis culpæ conſcij tàm ſacerdotes, quam cæteri eccleſiaſtici, ac laici, quamuis contriti ad hanc cæleſtem menſam accedere abſque ſacramentali confeſſione: & ſi neceſſitas, legitima tamen vrgeat, Confeſſarijque copia deſit, debita contritione, timore, ac reuerenter accedātSacerdotes & quāprimū; ſcilicet ſtatim atq; Confeſſarij opportunitas aderit, integrè, ac humiliter peccata cōfiteantur. Qui pluribus tranſactis menſibus ſacramentalem confeſſionem non emiſit poſt ſuorum peccatorum Confeſſario approbato promulgationem non ſtatim Euchariſtiam ſumendi licentia concedatur: decet tamen prius per aliquod tempus pijs operibus, orationique vacare, ne fideles ad ſacram hanc refectionem, tamquam ad naturalem menſam accedant. Parochi autem ſæpe ſæpiùs Populum eis commiſſum doceant, quicquid Concilij, & Patres tradidere, &

D. Paulus epiſt. 2. ad corint. 1. c. & Sancta c. ſicut Iudas&c. Timorem de cōſecr. diſt. 1. Trident. Synod. ſeſs. 13. canon. 11. de Sanctiſs. Euchariſt. Sacram. Ead. Synod. d. ſeſs. 13. cap. 5. eod. tit.

Nauarr. in manual. cap. 21. num. 45.

 præ-

V. id. Conc. Trid. titulo & ſeſs. cit. cap. 1 & cap. 4. Canon. 1. 2. & ſeqq. Ac tot. diſt. 2. de conſec. & præcipuè can. panis & ſeqq.

præſertim, quomodò Chriſtus ſub ſpeciebus panis,& vini conſecratis verè, & realiter exiſtat, & quomodo hoc Sacramentum non ex ſolis ſpeciebus, neque ex ſolo Chriſti corpore, at ex ſpeciebus conſecratis, & corpore, ac ſanguine ſimul intrinſecè, & eſſentialiter conſtituatur.

Cap. 1. ſtatuimus: de Cuſtod. Euchar. c. preſbyteri de cõſecr.

Ead. Syn. cap. 6.

Cap. Presbyter ead. diſt. 2. de conſecr.

Et ne ei, quem decet æterna laus, debita reuerentia ſubtrahatur, hoc decreto ſancimus Tabernaculum in quo cuſtodiri debet, collocandum in loco digniori Eccleſiæ, quodque ſit bene clauſum exterius, argentea, vel aurea, ſeù alia decentiori materia ornatum, ac conopeo ex ſerico tectum; Interius verò totum panno ſerico coopertum; & in eo Corporale ordinatè ſubſternatur, ſuper quod vas, ſeù Pixis ex auro, aut argento ſemper reponatur; Nec præter Euchariſticum Sacramentum aliud in Tabernaculo aſſeruetur. In Pixide autẽ adminùs quatuor particulæ conſecratæ collocentur, & argentea ſeu deaurata Claui fideliter claudantur, iſtaque per Parocos conſeruetur. Ante Tabernaculi ſedem in loco apto diù, noctuque ſemper lãpas colluceat. Particulæ conſecratæ ſaltem ſingulis diebus Dominicis tempore æſtiuo,& autumnali;hyemali verò, & veris bis in menſe eodem die proportionatè renouentur: ſub pœnis acriter noſtro arbitrio infligendis infallibiliter.

Cap. etſi non frequentique 16. de conſecr. diſt. 2. C. ſeculares 19. ead. diſt. Cap. omnis vtriuſque ſexus de pœniten.

Quamuis antiqui noſtri Parentes ter in anno, in Natali Domini videlicet,in Paſchate, & in Pentecoſte hoc cæleſti manna neceſſariò reficerentur; ob deſides autem, & indeuotos præceptum hoc ad ſemel ſaltem in anno in Reſurrectione ſilicet Domini (manifeſtatis prius proprijs culpis approbato ſacerdoti, ac adimpleta totis viribus pænitentia iniuncta) Eccleſia Catholica reſtrinxit.

Conc. Trid. ſeſs. 24. cap. 5. in fine. D. Augut. de verbis Domini ſer. 58. D. Io. Chryſoſt. hom. 5. ad 5. Epiſt. ad Thimot. Cap ſi quotieſcunque 14. de conſecr. diſt. 2.

Parochi attamen,cæterique animarum curam gerentes Populis eis commiſſis verba Diuorum Auguſtini, & Chryſoſtomi non rarò inſinuabunt; *Accipe quotidie, vt quotidie tibi proſit: Sic viue, vt quotidiè merearis accipere. Non eſt audacia ad Domini menſam ſæpè accedere, ſed accedere indignè*; adeòque cohortabuntur eos, vt ſingulis menſibus, vel in præcipuis anni ſolemnitatibus euchariſticum Sacramentum deuotè, ac humiliter frequentent ad eorum ſalutem, nam ſi ob fragilitatem ſemper peccamus, ſemper debemus habere medicinam; & quam maximè cordi debere eſſe ijs, qui in periculo conſtituuntur, quales ſunt, infirmitatibus laborantes, proximè parituræ, ac ætate, vel ſpiritualibus viribus imbecilliores; & ex hoc publicis Præceptoribus locorum ad rectè adoleſcentium mores dirigendos hæc iniungimus.

Clerici verò quolibet menſe hunc ſacratum panem canonicè recipiant: In ordine verò Diaconali, vel ſubdiaconali conſtituti bis in menſe; nam eorum vita debet eſſe religioſior, quam laicorum; aliàs

ſine

ſine legitima fide paritionis huius decreti ad ſuperiores ordines non admittantur.

Qui ſtatuto tempore poſt quam ad annos diſcretionis peruenerit, ideſt cum erit doli capax ad minus ſemel in anno non confeſſus fuerit eius peccata Sacerdoti approbato, & peracta pœnitentia, in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum non ſuſceperit è manibus proprij Parochi (niſi de proprij ſacerdotis conſilio ad aliquod breue tempus licuerit abſtinere) pœnis in conſtit. Innoc. IV. contentis mulctabitur: quod tempus à Dominica Palmarum, vſque ad Dominicam, quæ in Albis dicitur, incluſiuè eſſe declaramus. Nemini tamen liceat ſub quocunque prætextu, vel colore tali tempore extra Eccleſiam Parochialem, niſi ex noſtra vel Vicarij Generalis, aut Parochi prædicti expreſſa licentia Euchariſtiam ſumere, aliàs in eum, ac ſi non adimpleuiſſet præceptum ſeuerè animaduertemus. Vndè animarum Rectores ſtatum illarum eis commiſſarum, ac inobedientium nomina, & cognomina tranſacto termino prædicto fideliter ad nos tranſmittant, vt debitis pœnis, & cenſuris acritèr puniantur; Quod ſi prefati Rectores in hoc defecerint, luant pœnam ducatorum decem pro quolibet, aliaſque noſtro arbitrio.

Pueris ante vſum rationis Sacramentum hoc non concedatur, regulariter verò non protrahatur vltra duodecimum annum; relinquimus tamen hoc Confeſſarij, & parentum arbitrio, qui ſedulò noſcere debent, an illi ad annos diſcretionis peruenerint pro præcepti huiuſmodi obſeruantia. Imò quamuis ad talem ætatem peruenerint, inſtructi ſint ab eorum Parochis de tanti Sacramenti excellentia, virtute, effectu, & admirabili fructu, atque ad pietatem, & deuotionem antequam concedatur, eos excitet.

Quoniam ſanctum canibus tradendum non licet, neque ante porcos proijciendas eſſe margaritas: Hinc vniuerſa noſtra Synodo approbante, hoc ſpeciali decreto mandamus, denegandam hanc Sacram refectionem publicis concubinarijs, meretricibus, fœneratoribus, blaſphemis, coniugibus ſine cauſa legitima cohabitare nolentibus, & reconciliari renuentibus, inimicitias palam colentibus, alijſque ſimilibus facinoroſis, dummodo poſt monitionem etiam perſeuerent: item obſeſſis à Dæmone, vel ratione carentibus, niſi argumenta aut pœnitentiæ, ſeù contritionis expreſsè dederint; & dum accedere permiſſum fuerit, omni maiori diſpoſitione iuxta cuiuſlibet ſpiritua-les vires pauidè accipiant.

Seriò animaduertant Curati, alijque coadiutores ne poſt Euchariſtiam ſuſceptam fidelibus pro purificatione vinum porrigatur in Calice quocunque, ſed aliud adhibeatur vas, ſeù Cyathus iuxta diuerſorum locorum conſuetudinem; aliàs ſciant pœnis nobis arbitrarijs ſubiacere.

Cum

Id. cap. omnis vtriuſque ſexus.
C. pueris delict. pueror.

Eugenius Papa IV. in cōſtit. quæ incipit Fide digna 20. in ord. in Bullar. to. 1. fol. 359.

VII. Regularibus, alijſque extra Parochiā in die Paſcatis hoc Sacramentū adminiſtrare non licet Sac. Congr. Cōc. 2. Mart. 1619
Etiam diuotionis cauſa ead. in vna Bo. . . die 10 Sept. 1627.
Concil. Trid ſeſs. 21. can. 4.
Suar. tom. 3. diſput. 120. ſect. 1. Coninck de Sacrament. to. 1. q. 80. art. 2. dub. 4. nu. 102.
Matt. VII.
Nauar. in manual. c. 21. n. 57. Medin. lib. 1. c. 14. §. 42. cap. ſi non ſunt 15. de conſecrat. diſt. 2.
Cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnitent.

Cum ſacrum Viaticum morbo periculoſo laborantibus aſportare contigerit, curam animarum exercentes, ſemper ſuperpelliceo, candida ſtola, albo pluuiali, amplo ſuper humerali velo, & ſub baldachino, vel vmbella incedant, Sacramentumque omni, qua decet, reuerentia, vultu dimiſſo ante pectus geſtent, Pſalmos Dauidicos intelligibili voce iuxta Romani Ritualis præſcriptum deuotè recitent: nec alibi ſe diuertant quacunque de cauſa. Infallibiliter, & ad minùs quatuor cereis, & duabus lanternis collucentibus, campanula per Clericum, vel per alterum perſonante, & graui deuotoque greſſu ſe gerant: Vnde ſaltem duas conſecratas particulas in pixide deferant, vt pari deuotione ad Eccleſiam redire poſſint. At ſi per loca inuia, & cænoſa, vel extra locorum ambitum vltra duo ſtadia deferri oportuerit, tunc ſub vmbella parua, præcedente ad minùs vna lanterna vnicam tantùm particulam conſecratam aſſumant in vaſculo, quod in ſerica Burſa, funiculos holoſericos habente, collocetur, & collo circa cordis regionem appendatur, & cum eidem infirmo præbuerit, extinctis luminaribus, depoſita ſtola, ceſſante campana, abſque alia cæremonia ad Eccleſiam reuertatur.

Ritual. Roman. de Sacram. Euchariſtiæ.

Act. Eccleſ. Mediol. p. 4. fol. 684.

Antequam verò Euchariſtiæ Sacramentum infirmis miniſtrandum Eccleſia egrediatur, curent ij, ad quos ſpectat, vt campana ſigna præſtentur ad Confratres huius ſodalitatis, populumque conuocandum, vt debito obſequio ſupremus Cælorum Princeps aſſocietur; & ad illos excitandos, ſæpiſſimè Parochi hortentur plebem.

Et vt maior in eis augeatur deuotio, curent illi, vt in ſingulis Eccleſijs noſtris, vbi non adſunt ſodalitates Sanctiſſimi Sacramenti, introducantur; ac vbi Populorum pietas tranſactis temporibus iam inſtituerit, piè inſtent ijdem, vt Confratrum augeatur numerus ad tam piam, ac fructuoſam exercitationem; Vt hæc autem maiori impulſu ſpirituali habeatur, præter indulta à Summis Pontificibus elargita, & hìc tranſumpta, nos quoque viginti dies de vera indulgentia ſingulis vicibus aſſociantibus concedimus; Mandantes Parochis prædictis, vt hanc noſtram, & ſequentes indulgentias inter Miſſarum ſolemnia die Dominica infrà Octauam ſolemnitatis Corporis Chriſti populo intelligibili voce publicent ſingulis annis.

Euchariſtiam publicè adorandam tàm Regularibus, quam confraternitatibus laicorum quouis prætextu abſque cauſa à nobis approbanda, vel abſque noſtra licentia exponere prohibemus ſub pœnis noſtro arbitrio reſpectiuè.

S. Cong. Côc. in Neapol. 17 Auguſt. 1630 S. Cong. Rituum ſub die 26. Februarij 1626.

SOM-

SOMMARIO.

Dell'Indulgenze conceſſe dalli Sommi Pontefici Vrbano IV. Martino V. & Eugenio IV. à quelli, che interuengono all'Officij Diuini nel giorno del SS. Corpo di Chriſto, e per tutta l'Ottaua.

1 CHi ſarà preſente in qualſiuoglia Chieſa nella feſta del Santiſſimo corpo di Chriſto, mentre ſi recita, ò canta il Matutino di quel giorno guadagni quattrocento giorni d'Indulgenza.

2 Quelli che ſaranno preſenti alla Meſſa di quel giorno, guadagnino altri quattrocento giorni d'Indulgenza.

3 A chi ſarà preſente all'altre hore Canoniche di detta feſta ſi concedono cento ſeſſanta giorni d'indulgenza.

4 A chi ſarà preſente alli primi Veſpri della medeſima feſtiuità ſi concedono quattrocento giorni d'Indulgenza, & altri quattrocento per li ſecondi Veſpri.

5 A chi ſarà preſente alli Matutini trà l'Ottaua di detta feſta ſi cōcedono ducento giorni d'Indulgenza.

6 A chi interuerrà alli Veſpri, e Meſſe per detta Ottaua ducento giorni per ciaſcuna volta.

7 Altretanti ſe ne concedono à chi accompagnarà la Proceſſione, che ſi fà nel giorno di detta feſta; e parimente à chi digiunarà la Vigilia della medeſima feſta, & à chi nel giorno proprio, ò per l'Ottaua eſſendo Sacerdote diuotamente dirà la Meſſa per la pace, e tranquillità della S. Chieſa, ò non eſſendo Sacerdote deuotamente ſi communicherà nella detta Feſta.

Per conſeguire le ſudette Induglenze deue ciaſcuno eſſer veramente pentito, e confeſſato.

TITVLVS IX.

De Sacramento Pœnitentiæ.

QVæ maximè animarum ſaluti neceſſaria, ac vtiliora adiudicantur, ea fidelibus inſinuare non ommiſimus, Cum ergò poſt

Sa-

Sacri baptiſmatis ablutionem in errorem etiam iuſtus cadere poſſit, ſpeciali auxilio miſericordioſiſſimus Dominus ſuos præmunire nequaquam prætermiſit; Hinc inter ſupernaturales virtutes meritò Pænitentia principatum occupat, Deoque gratiſſimam fore, ſacra teſtantur teſtimonia, propterea toties ei locus conceditur, quotiès poſt baptiſma quis in culpam immerſus reperitur: ſecunda tamen tabula poſt naufragium nuncupatur, quoniam pijſſimus Deus, confracta per peccatum actuale innocentiæ naue hoc vnicum refugium tamquã certa in nauis fractione tabula fidelibus donauit, peccatorum debiliumque etenim non vult mortem, at debito cordis dolore, vt conuertantur, & viuant. In hoc itaque Parochorum cura verſari minime deſinat, vt Populum frequenter edoceant hanc ſolum ſupereſſe tabulam, qua poſt ſubmerſionem ſecundam, Deo adiuuante, ad ſalutis portum peruenitur, ſoloque pœnitentiæ remedio ſubleuari, & iuſtificari queant; dummodò per oris confeſſionem, cordis dolorem, & operis ſatisfactionem humiliter exhibeatur. Pænitentia enim per quam in Dei reſtituimur gratiam, & adoptionem, eſt mala præterita plangere, & plangendo iterum non committere.

De pænitent. diſt. 1.

Narra ſi quid habes vt iuſtificeris Iſai. 43.

Cap. ecce nunc tempus 39. de pænitent. diſt. 1.

Ne itaquè tam graue munus, neceſſariumue fidelibus Sacramentum indignè, vel imperitè, ſeù inualidè adminiſtretur, Sacro Concilio Tridentino approbante, decernimus, volumus, & ſancimus, ne Sacerdos aliquis ſiue ſecularis, ſiue regularis cuiuſcunque gradus, vel conditionis exiſtat, niſi priùs à nobis, vel noſtro Vicario Generali, & Examinatoribus deputatis idoneus fuerit repertus, & approbatus, & facultatem in ſcriptis gratuitò dandam non obtinuerit ad confeſſiones percipiendas laicorum, vel Clericorum, ac Sacerdotum vllatenùs admittatur, ne miniſtrorum imperitia fidelium animæ pereant. Qui verò hactenùs diuinum hoc miniſterium, nobis annuentibus debitis requiſitis exercuere poſt duos menſes ab huius decreti prmulgatione eorum facultates nobis præſentare teneantur ſub pœna ſuſpenſionis ab ea: Excipientes tantùm illos, qui per nos, vel Prædeceſſores noſtros ad animarum curam tamquã idonei fuere admiſſi.

Concil. Trid ſeſs. 25. cap. 15.

Fas minimè foret ſancta alibi quam in loco ſancto tractari, niſi neceſſitas aliud conſulat; ea de cauſa ſtrictè mandamus fidelium confeſſiones dumtaxat in Eccleſijs percipiendas eſſe, & abſque legitima neceſſitate nemini extra Eccleſiam eas audire permittatur, præſertim mulierum; Inſuper decernentes ſedes confeſſionales in conſpicua, ac omnibus manifeſta eccleſiarum parte locari, mulierumque, & adoleſcentium confeſſiones extra talem ſedem, & cratam, atque ante ſolis ortum, vel poſt eius occaſum vllo pacto vlloue prætextu niſi ægritudinis, vel alterius legitimæ neceſſitatis cauſa ſub ſuſpenſionis pœna ab exercitio prædicto percipiantur. Imò mulierum ægrotantium

Sac. Congr. Epiſc. in Paduana 2. Iunij 1620.

tium confeſſiones nonniſi Cubiculi oſtio aperto, itaut Confeſſarij ab alijs conſpici valeant, excipiantur, ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis. Ita ſub eadem pœna ſuſpenſionis ab exercitio confeſſionis ipſo iure prohibemus audire confeſſiones, & abſoluere pœnitentes vtriuſque ſexus, cum quibus (Deus auertat) à publicatione huius decreti etiam extra caſum ſollicitationis, in aliquod peccatum venereum conſumatum Confeſſarij tam ſæculares, quam Regulares incidant.

Ad ſpiritualem diſciplinam in Populo Chriſtiano augendam, maximè ducit ſi atrociora facinora non à quocumque ſimplici Sacerdote, at dumtaxat vel à Summo Pontfice, vel à locorum Ordinarijs Sacramentaliter abſoluantur; Ea propter facultates hactenùs conceſſas per Nos à reſeruatis abſoluendi expreſsè reuocamus, nullique ſiuè ſæcularis, ſiuè Regularis exiſtat ſub aliquo prætextu, vel indulto, vel priuilegio Religionis tradito, niſi in mortis articulo debito modo ab ijſdem reſeruatis abſoluere liceat ſine noſtra, vel Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſub pœna ſuſpẽſionis prædictæ ipſo iure incurrenda prout nũc pro tunc ſuſpendimus ab exercitio Sacramenti Pœnitentiæ vltrà contentas in Bulla Cœnæ Domini, & in decretis Sacr. Congregationis præcipuè illius de anno 1601. 26. Nouembris.

Conc. Trid. ſeſs. 14. cap. 7. & can. 11. anathemate percutit contrarium aſſerentes.

Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. p. 11. alleg. 50.

Et nè per ignorantiam reſeruatorum abſolutionem aliquis impendat, iubemus pariter, & mandamus in ſedibus Confeſſionalibus præter Bullam in Cœna Domini, etiam notulā Caſuum nobis reſeruatorũ perenniter affixã teneãt; quos ſequentes eſſe dicimus & declaramus.

Negotijs Epiſc. & Regul. præpoſitæ.

CASVS RESERVATI.

1 Homicidium voluntarium, tam quoad perpetrantes, quam ad mandantes, adiuuantes, vel conſulentes; nec non Progenitorum percuſſores.

2 Superſtitiones, ſortilegia, inuocatio Dœmonum expreſſa maleficia quæcumque, & in his abuſus ſacrarum rerum.

3 Prouocatio abortus poſt animatum fœtus, tam opera quam conſilio, aut auxilio, etiam effectu non ſecuto.

4 Detentio Infantium in lecto ante annum completum ſine, extra aliquod inſtrumemtum, ſeù repaculum, vel cunulam; & ſuffocatio puerorum, vel puellarum.

5 Falſum teſtimonium in damnum proximi facientes, procurantes, vel ſuadentes, ſeu mandantes, falſificantes ſcripturas cum intereſſe tertij; & Actuarij dicta teſtium aliter quàm per ipſosmet teſtes fuerit depoſitum regiſtrantes, addentes, vel diminutas depoſitiones ſcribentes.

6 Incendiarij, & Vites; vel arbores alienas fructiferas incidentes notabiliter.

7 Blaſphemia hæreticalis in Deum, Beatiſſimam Virginem, & Sanctos.

8 Exequentes mandata ciuilia in diebus Feſtiuis de præcepto, ſiuè illa exequi præcipientes, cui quoque eſt annexa excommunicatio, vt in *Tit de cultu Feſtorum*.

9 Inceſtus in primo, aut ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, etiam ſpiritualis, Raptus mulierum, ac ſtuprum Virginis per vim; Sodomia, ac beſtialitas.

10 Copulatio ſponſorum ante Matrimonij legitimi contractum.

Impuberibus, & Mulieribus quoad carnalia nulla præſcribitur reſeruatio.

Et nè Confeſſarij eſcam videantur præbere peccantibus ad Diuinam indignationem coërcendam omni cura caueant nè proni ſint ad abſolutionem impendendam ijs, qui odium fouent, inimicitias deponere recuſant, alienum detinent, & reſtituere negligunt, alteri ex odio maculare famam non horrent, legata pia debito tempore adimplere non curant, decimas, & primitias Deo minimè ſoluunt, Concubinatum abſque emendatione colunt, proximas peccandi occaſiones nequaquam abijciunt, cæteraque grauiora crimina ſequuntur, niſi veri doloris, & non fictæ conuerſionis antecedenter argumenta præſtiterint; Qua in re Confeſſariorum oneramus conſcientias, *Nam fruſtra ramos conatur incidere, qui radicem minimè euellit*.

Cap. quia radix de pœnit. q. 2.

Ad cuiuſcunque Simoniæ labem omninò abrogandam, Confeſſarios omnes in Domino hortamur, in huius ſalutaris miniſterij munere ſolum Dei honorem, animarumque lucrum ſibi proponere; Et ſi pro qualitate criminum eleemoſynam aliquam pœnitentibus iniūxerint, penitus caueant, nè ſibi ipſis, vel alteri perſonæ per ipſum nominandæ, vel eorum Eccleſiis, vel Monaſterijs ſub quouis colore aliquid applicent, at earumdem diſtributio in pœnitentium libertate omninò reſideat; Imò quantum valent ab onere Miſſarum celebrandarum pro ſatisfactione libenter abſtineant, & ſi eas neceſsitas, vel ratio imponere dictet, non ſe ſe offerant, nec perſonam, vel Eccleſiam, ſeu Monaſterium deſignent, ſed in eorumdem pœnitentium remaneat arbitrio. Vnde ſaluberrimum ad totaliter Simoniæ ſuſpicionem euellendam putamus, Confeſſarios quamcunque eleemoſynam, vel in fine occaſione, vel prætextu Confeſſionis oblatam hilari vultu, ac modeſtè reſpuere, vt charitatis, ac ſacri muneris meritum temporali mercede haud minuatur.

Innocent. III Pius V.

Salutaribus Innoc. III. & Pij V. ſanctionibus inhærendo diſſuetudines, & abuſus omninò euellere cupientes, expreſſe volumus, & man-

mandamus ne Medici morbo laborantes ſemel, atque iterùm inuiſent, niſi approbato Sacerdoti peccata omnia contrito corde patefecerint, & ſi poſt tertiam viſitationem inconfeſſos, ac propriæ ſalutis parui facientes repererint, amplius viſitare non præſument ſub pœnis in ijſdem Conſtitutionibus addictis, alijſque noſtro arbitrio infligendis, tam contra eoſdem inobedientes Medicos, quam contra Ægrotantium duritiem, & pertinaciam; Et ne infirmitatis velamine, vel alia quæſita excuſatione, aliouè titulo in Chriſti fidelium graue detrimentum Eccleſiæ dogmata irreuerenter frangantur, dicimus, & declaramus tantum Medicorum fidem circa eſum carnium, & lacticiniorum diebus ab Eccleſia prohibitis nullatenus attendendam fore, niſi in ſcriptis, etiam Parochorum teſtimonium accedat, vt poſteà ex vtriuſque atteſtatione à nobis, vel à noſtro Vicario Generale, vel à Vicarijs foraneis iuxta expreſſam declarationem à nobis factam, & faciendam licentia dari, vel denegari queat. Super quod quoque grauiter, tam Medicorum, quam Parochorum conſcientias oneramus.

Confeſſariorum ignorat nemo, peccata omnia tum grauia, tum leuia, quæ in Sacramentalibus Cofeſſionibus, vel Confeſſionum occaſione ipſis innotuere ſub perpetuo, & inuiolabili ſigillo cuſtodienda ſemper eſſe, quam ſigilli obligationem Confeſſarijs non tantum ius naturale & Eccleſiaſticum, verum Diuinum ſtrictè imponunt, & talis tantaque eſt huiuſmodi ſigilli obligatio, vt etiam ſi de totius Reipublicæ ſalute agatur, adhuc frangi, vel violari nullatenus poteſt, niſi de eſpreſſo cõſenſu, & volũtate eorumdẽ pœnitentiũ. Qui cõtrafecerit vltra pœnas à iure ſtatutas, perpetuã priuationis pœnã patietur. 1. Conc. magunt. de pænit. & remiſſionibus.

Et ne impiorum, & incontinentium malitia, tam Sacroſanctum Miniſterium ad illicita, & improba rapiatur, nullus, quamuis à nobis, vel noſtro Vicario Generali, & Examinatoribus noſtris approbatus pœnitentium, peccantiumque Confeſſiones (extra neceſſitatis caſum) ſub quouis prætextu percipere valeat, vel audeat, niſi prius per extenſum, & de verbo ad verbum conſtitutionem Gregorij XV. contra ſollicitantes in Confeſſione diligenter perlegerit; Cuius Conſtitutionis exemplum hic ſuperaddere curauimus, ne aliquorum inopia, malitia, ignorantiæuè velo excuſetur.

Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam.

VNiuerſi Dominici Gregis curam quamquã immeriti, Cæleſti diſpoſitione gerentes, ſedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conſeruetur immunis; multoque maiori ſtudio prouidere, vt om-

 nis

nis peſtis ab ijs auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne quod Euangelica ſcripta Nos admonent, ſale infatuato, non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolùm inter Chriſti fideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet procul ab ijs arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas Confeſſiones deputatus, ſacroſancto Pœnitentiæ Sacramento ſollicitando Pœnitentes ad turpia abutatur; ac pro medicina venenum; pro pane aſpidem porrigat,& ex cæleſti medico infernalis veneficus, ex patre ſpirituali, proditor execrabilis Animarum reddatur. Idcirco nos ea, quæ his perniciosiſſimis Diaboli inſidijs arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt; vt nullibi deſiderentur, quantum ex alto conceditur prouidendum duximus, aliàs ſiquidem à fel. rec. Pio Papa IV. prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis videlicet.

Pius Papa IV. Venerabili fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi in Regnis, Hiſpaniarum hæreticæ prauitatis Generali Inquiſitori.

CVm ſicut nuper, nõ ſine animi noſtri moleſtia, accepimus, diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiã in eorũ Ciuitatibus, & Diœceſibus curã animarũ habentes, ſiue eã pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis Confeſſionibus Pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento pœnitentiæ in actu audiendi Confeſſiones abutantur, nec illi, & qui id inſtituit Domino Deo, & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto iniuriam facere vereantur; Mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dùm earũ audiunt Confeſſiones alliciendo, & prouocãdo, ſeù allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentũ huiuſmodi Creatori noſtro recõciliationis, grauiori peccatorũ mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſã, & animarũ perniciem & Chriſti fideliũ ſcandalũ non modicũ. Nos in animũ inducere nequeuntes, quod qui de fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant; Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimũ in Domino cõfidimus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per aliũ, ſeu alios à te deputandum, ſeu deputandos contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœceſum de præmiſſis quomodolibet diffamatos, tam ſæculares, quam quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum Regulares, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſſis, quàm ſuper Fide Catholica, & quid de ea ſentiant diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxtà exceſſuum

ſuo-

ſuorum qualitatem, prout iuris fuerit punias, eas etiam, ſi & prout iuris fuerit faciendum debita præcedente degradatione, ſecularis Iudicis arbitrio puniendas tradendo.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipſi Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, aut alias quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 16. Aprilis 1561. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Igitur, vt litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obſeruentur; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum, præinſertas litteras huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus, & ſingulis inuiolabililis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, illaſque non ſolum in prædictis Regnis Hiſpaniarum, ſed in quibuſuis Chriſtiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus. Ac præterea ne futurorum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit; ſtatuimus, & decernimus, & declaramus, quod omnes, & ſinguli Sacerdotes, tam Seculares, quàm quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectorum Ordinum, Inſtitutorum, Societatum, & Congregationum Regulares cuiuſcumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas, quæcumque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſiue ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu Confeſſionis huiuſmodi, etiã ipſa confeſſione nõ ſecuta ſiue extra occaſionem Confeſſionis in Confeſſionario, aut in loco quocunq; vbi Confeſſiones Sacramentales audiantur, ſeu ad confeſſionem audiendã electo ſimulantes ibidem Confeſſiones audire, ſollicitare, vel procurare tentauerint, aut cũ eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint in officio Sãctæ Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorũ Ordinarios omniũ Regnorũ, Prouinciarum, Ciuitatum, & dominiorum, & locorum vniuerſi orbis Chriſtiani in ſuis quemque Diœceſibus, & territorijs per has noſtras litteras etiam priuatiuè quoad omnes alios ſpecialiter, ac perpetuò Iudices delegamus,

mus,

mus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis Fidei, iuxta Sacrorum Canonum formam, nec non officij Inquiſitionis, huiuſmodi Conſtitutiones, Priuilegia, Conſuetudines, & Decreta diligenter inquirant, & procedant; & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles repererint; in eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs ſuſpenſionis ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & paſſiuæ ſi Regulares fuerint, exilij, damnationis ad Triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ Seculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquiſitoribus, ne delictum tam enorme, & Eccleſia Dei tam pernicioſum remaneat ob probationum defectum, impunitum, cum difficilis ſit probationis, teſtibus etiam ſingularibus concurrentibus, præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum eſſe, arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ Seculari vt præfertur Reum tradendum eſſe pronunciandi. Non obſtantibus omnibus, quæ dictus Prædeceſſor in ſuis litteris prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Mandantes omnibus Confeſſarijs, vt ſuos pœnitentes, quos nouerint fuiſſe ab alijs, vt ſupra ſollicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeu vt præfertur tractantes, Inquiſitoribus, ſeù locorùm Ordinarijs prædictis; quod ſi hoc officiũ pertranſierint, vel pœnitentes docuerint, non teneri ad denunciandos Confeſſarios ſollicitantes, ſeu tractantes, vt ſupra; ijdem locorum Ordinarij, & Inquiſitores, illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quę preſentibus haberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Quodque eadem prꝑſentes litterę, ſeu illarum exempla ad valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe: ac in Acie Campi florę affixę, omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die 30. Auguſti 1622. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

S.Card.S. Suſannæ.

Dum in Sedibus Confeſſionalibus, vel alibi Confeſſionis Sacramentalis occaſione atrociora peccata Confeſſarij percipiunt, indiſcretam admirationem, & inſolitos actus, nempè ſuſpiria, Crucis ſigna capitis, aliorumuè membrorum agitationem, pedum ſtridorem &c. omninò prætermittant, nè in adſtantium animum, ſi adfuerint, vel in ipſum pœnitentem timorem, vel ſcandali occaſionem inducant;

Capit. diſciplina 45. diſt

Con-

Confeſſio etenim, quæ Miſericordiæ opus, & medicamenti eſt, non odioſa,ſed amabilis à Confeſſarijs ſemper reddi,oportunũ iudicamus.

In pænitentijs ſalutaribus iniungendis,Confeſſarij cautè ſe gerant, vt aptæ ſint ad preſeruandum ,iuxta pœnitentium ſtatum, ætatem, & conditionem, ac qualitatem criminum; debita ſuauitate, & charitate eas imponant, memores illius naturalis principij, contrarijs, contraria curari; Adeoque in hac re Confeſſariorum prudentia pro lege exiſtat.

Vt Sacramentalis abſolutio validè, & licitè, ac cum rubore peccantium impendi queat, non dumtaxat peccatorum ſpecies, verum pœnitens ipſe coram Confeſſario ſiſtere ,neceſſarium eſt. Hinc Confeſſarij omnes haud ignorent, confeſſiones, vel per nuncios, vel per epiſtolas, vel alio modo inter abſentes ſemper irritas, & inualidas eſſe, quia in Eccleſia ita modo declaratum reperitur.

Parochorum cura in hoc ſpecialiter minime deſit, Populum eis commiſſum inceſſanter inſtruere, & admonere, vt fideles non tantùm ſemel in anno iuxta Eccleſiæ præſcriptum, verum ſingulis Menſibus ad hoc ſalutare Sacramentum cordis humilitate, animæque amaritudine libenter accedant; ſuoſque, ſi cognoſcant debito in examine propter ignorantiam aliqualiter deficere, ſpirituale auxilium præſtare nè dedignentur. Et dum huic miniſterio incumbunt,ſi ſæculares ſint cotta, & ſtola; ſi verò regulares habitu, quo in choro incedunt, infallibiliter vtantur, ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis reſpectiuè.

Ritual. Rom Nouũ à fel. record. Paulo V. S.Cong.Epiſ in Albiganen 8. Nouembris 1588.

TITVLVS X.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

MOrbo extremo ægrotantes, & in vitæ periculo conſtituti ſalubri extremæ Vnctionis Sacramento per Parochos ,vel de eorum licentia per alios Sacerdotes ſumma fide, ac deuotione muniantur, quoniam per huiuſmodi ſanctam Vnctionem ſupernaturalis gratia mirificè augetur, venalia, & aliorum perſonalium peccatorum reliquiæ omninò abijciuntur, dolores infirmitatis facilius ſubſtinentur, & Dæmonis tentationes,vel inſidiæ ſecurius repelluntur. Sciant autem omnes, hos pleroſque effectus hoc Diuiniſſimum Sacramentum præſtare, ſi morbo laborantes ſint rationis compotes,intelligantque; quid ſuper eos Parochus, vel Sacerdos operetur; Hinc animarum Rectores, & ægrotantium affines diligentiori cura inuigilent,

vt

1. 5. Iu. Ver. vnctio nu. 4. Tal. lib. 7. c. 2. 2. Cath. Dom. 1. 346. Sot. in 4. diſt. 23. q. 2. 42. 3. Silu. ver. vnc. n. 5. nau. cap. 22. n. 15. in man.

vt morbo periculoſo laborantes, dum integris fruuntur ſenſibus huiuſmodi Sacramento ditentur. Et ſi (quod abſit) vel aſſiſtentium, vel Parochorum incuria, vel violentia morbi ante huius Sacramenti collationem, ſenſum, vel humanas operationes infirmi (quatenus priùs diſpoſiti) perdiderint, ſi adhuc viuant miniſtrari debet, & ſi in actu collationis decedant, ſtatim abſtinere debet Miniſter, etiã ſi omnes vnctiones non ſint abſolutæ; Nam verè hoc ſicuti, & reliqua Sacramenta tantum Viatoribus miniſtrari queit.

Grauiter perpendant, & maturè conſiderent Animarum curam habentes, ne ſibi perſuadeant ſtatim atque hoc Sacramentum infirmis contulerint ſuo muneri ſatisfeciſſe: at quo morbi grauitas vrget, eò incaleſcere debet cura, & charitas; adeòque præſtò ſint ad arma contra iniquiſſimi hoſtis tela ſubminiſtranda, & Spirituali auxilio, dum magis neceſſitas premit, infirmos nequaquam deſtituant, memores non tantum ſe rationem reddituros de animabus eis concreditis, verum eadem menſura remetiendum fore, qua cæteros menſi fuerint.

Eo tempore quo iuxta Eccleſiæ præſcriptum hoc Sacramentum infirmis confertur, curabit Parochus aſſiſtentes omnes flexis genibus pro morbo laborante Deum precari, vt piorum fidelium orationibus vberrimo Sacramenti fructu infirmus gaudeat. Aduertant verò Parochi Sacramentum hoc dumtaxat propinquis morti miniſtrandum fore, non autem, vel nauigantibus, vel periculoſam peregrinationem ſuſcipientibus, vel prælium, ſeù bellum petentibus, vel mortis, vel capitis damnatis, vel mulieribus partu laborantibus, vel pueris ante ſeptennium, ſeu antequam peccata commiſerint, vel furioſis, ſeù à natiuitate amentibus, quia hos omnes tanti Sacramenti incapaces dicimus, ac declaramus; amentes tamen, ſeu furioſi qui etiam breui tempore aliquandò rationis compotes apparuere, licet iterum in amentiam relabantur, priuari hoc Sacramento nequeunt.

Dum adminiſtratur eas tantum partes inungendas ſciant, quæ veluti inſtrumenta ſenſuum natura homini conceſsit, quas partes oculos, nares, os manus, renes, & pedes eſſe, hic declarare non ommittimus. Quare licèt huiuſmodi partes omnes geminatæ exiſtant vnicum tamen repræſentant ſenſum; adeòque Parochi vnicam tantum formam proferant pro ambobus oculis, vnicam pro vtraque aure, & ſic de ſingulis; & ſi in aliquo ſenſu defectus comprehendatur, vt in ſurdis, Cœcis &c. comperitur, non ommittantur vnctiones; Sed viciniores, & proximiores partes inungantur.

Tolet. lib. 7. cap. 3.

Mulieres honeſtatis gratia, & ex Eccleſiæ præſcripto in renibus minimè vngantur, idemque ſeruandum non ignorent in viris, quibus commodè miniſtrari nequit, nam in hoc caſu in viris inungi valet

let pectus circa regionem cordis. Et manus, quæ reliquis infirmis interiùs, ſacerdotibus exteriùs inunguntur; nam intùs in collatione ſacerdotalis ordinis fuere ab Epiſcopo inunctæ.

In vna eademque infirmitate non bis, aut ter, at tantum ſemel adminiſtretur, ſi verò poſt ſacram, & extremam Vnctionem infirmus conualeſcat, quoties deindè in vitæ diſcrimine relabi contigerit, toties hoc Sacramentum reiterari queit. Prætereà, ſi vitæ periculum infirmo perurgeat, ac immineat, tunc omiſsis deprecationibus, aliјſque cæremonijs in Rituali præſcriptis ſub certa verborum forma tantum Parochus infirmum perungat; ſi verò ſuperuiuat, vel morbus in longius tempus ducatur, tunc quod ex cæremonijs omiſſum fuit, commodè ſuppleri valet.

Conc.Trid. de extrema vnct.can. 3. S Thom. in 4.diſt. 23.q. 2. art. 1. Palud. diſ. 23. q. 3. Ant. 1.

Sum. Arm. verbo vnctio n.7 Nauar. c. 22. n. 13.

Si tamen aliquando ex nimia morbi oppreſſione ſit dubium an ægrotantes deceſſerint, an adhuc ſaltem interiùs viuant, ne Sacramentum incapaci adminiſtretur, ſub conditione dandum decernimus, hac lege, ſi es viuus per iſtam ſanctam Vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, &c.

In conſpicua, ac patente Eccleſiæ parte, tutè, ac decentèr ſacri olei vaſculum ſub claui, quæ à Parocho nemini committatur, fideliter aſſeruetur; Sacramentum enim decet honor, & decor, & cum morbo laborantibus defertur ſuperpelliceo, ac ſtola, ſacerdotes quicunque incedant, & vnicum ſaltem Ceræ lumen in adminiſtratione adhibeant, & completa adminiſtrationis actione ſtuppæ, vel bombicis globulos panis micas, & aquam, qua manus abſterſerint, Parochi vel igni tradant, & cineres in ſacrarium mittantur, vel inuiolabiliter ſecum deferant, nè ſacra profanis miſceantur.

TITVLVS XI.
De Sacramento Ordinis.

QVam Diuinis ſit celebrandum præconijs ſacri ordinis Sacramentum, non tantum voce explicari, at neque mente concipi valet, quoniam eius altitudo humanæ mentis anguſtias mirificè excedit, nam ſi noſtrorum Sacramentorum excellentiam, & neceſſitatem ſpectemus, hoc cæteris anteponendum ſanè reperiemus, quatenus per ipſum Eccleſiaſtica in dies creſcit Ierarchia, mirabiles in Eccleſia procreantur filij, qui licet in terris viuant, adhuc Angeli appellantur; tales etenim orationibus, Ieiunijs, ac Sacratiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento ſeu ſacrificio animas in Purgatorio exiſtentes à pœnis redimunt, Viatores à peccatis ſoluunt; hi docent, hi prædicant, hi Populo-

pulorum errata corrigunt, ad ſupernam aſpirantibus Patriam latam viam ſternunt duplici poteſtate nimirum Ordinis, & Iuriſdictionis, diuina gratia pollent, & tamquam lucerna in Candelabro militantis Eccleſiæ clarent, & reſident.

At licet omnium in Diæceſi exiſtentium curam gerat Epiſcopus, attamen vt homo in vno circumſcribitur loco; ne igitur ſecuritas reperiatur in vitio, & quod magis vrget, minus negligatur; propterea qui ad Ordines promoueri deſiderant, Nos, vel noſtrum generalem Vicarium per Menſem ante Ordinationem adeant pro inquiſitionis Commiſſione, vt eorum nominibus, & deſiderijs in Eccleſia publicè diebus Dominicis inter Miſſarum Solemnia Populo propoſitis ordinandorum natalia, ætas, mores, vita, vel ſi quæ fuerint impedimenta ex fide dignorum teſtimonio nobis innoteſcant; & in hoc Parochorum nullatenus experiatur incuria, at denunciationibus abſolutis, non tantum in ſcriptis cum iuramento fidelem exhibeant veritatem, verum de baptiſmatis, & confirmationis ſuſceptione fidem de verbo ad verbum prout in libris baptizatorum, & confirmatorum iacet ſedulò prębeant ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis.

Conc. Trid. ſeſ 23. de Refor.

Seſſ. 23. cap. 3. & de Ref. cap. 10.

Et ne Sacro Sancti Concilii Tridentini cludantur ſanctiones, nemo Clericalem militiam inire attentet, niſi hoc Eccleſiarum vtilitas, vel animarum profectus ſpiritualis indubiè depoſcat; Vndè Ordines ſuſcepturi, non tantum ludi Magiſtrorum, & Parochorum fidem ſecum deferant, verum in manibus noſtris non ſæcularis Iudicii fugiendi fraude hoc vitæ genus elegiſſe, iuramentum præſtent.

S. Carol de temp. ordin. cap. 1.

Ordinationes Generales habituri, Parochi per ædictum à nobis moniti non dumtaxat Populo quatuor temporum ſolemne ieiunium denuncient; ſed eundem Populum hortentur, vt omnes Dominica immediatè præcedente Parochiales Eccleſias adeant, vt ibi Litaniæ maiores, ſeù Virginis, piæque orationes Domino ſoluantur, non ob aliam cauſam, niſi vt in Dominicam vineam dignos operarios conſtituamus. Hinc præſenti Decreto ſtrictè indicimus, & mandamus, ne quis non Confirmatus, & ante ſeptennium ad primam tonſuram accedere valeat, ſeu audeat, neque ad minores ordines, niſi ætatem iuxta ſacros canones expleuerit, neque ad ſacros, ſeu maiores niſi quod in Trid. & Sacris Canonibus præſcribitur, adamuſsim ſeruetur.

Prætereà nemini accedere permittatur niſi de Eccleſiæ aſsiduo ſeruitio præſtito, abſque fidelium ſcandalo per Parochorum fidem conſtet, qua in re eorundem Parochorum grauiter coſcientiam oneramus, quibus pariter committimus in iiſdem fidei teſtimoniis apponere, an maioribus, & Eccleſiæ Rectori debitam obedientiam, ac reuerentiam exhibuerint.

Ab

Ab ordinum quorumcunque limine rudimentorum fidei imperitiam portantes, penitus illiterati, Eccleſiaſticis cenſuris irretiti, non baptizati, Mulieres, ſerui, Curialibus negotiis impliciti, Irregulares, tum ex defectu, tum ex delicto; Infames, publicè criminoſi, Bigami, Eunuchi, notabiliter corpore vitiati, Vxorati, Neophiti, perpetuò amentes, furioſi, Energumini, Comitiali morbo laborantes, cæterique Canonicis impedimentis detenti omninò arceantur ſub pœnis à iure ſtatutis. Inſuper reiectionis pœnam indicimus iis, qui ad ordinationis ſuæ ſubſidia Magnatum, aliorumue interceſsiones mendicare non erubeſcunt. Et qui huius Decreti contemptor extiterit, aliis noſtro arbitrio punietur pœnis. (Cap illis diſt 36. cap. minor. & cap. Cleric. 50. diſt.)

Ad fraudes omnes penitus euellendas, & radicitus extirpandas, præſertim, quæ in Subdiaconatus ordine adhiberi queunt, hac noſtra vniuerſa approbante Synodo inuiolabiliter volumus, & mandamus, ne quis ad præfatum ordinem ſubdiaconatus ſub quouis titulo promoueatur, niſi ſingulis annis, expenſis deductis, abſque vlla controuerſia ducata triginta ſaltem monetæ Regni pro ſufficienti annua ſubſtentatione, verè, realiter, & legitimè poſsideat, & vt iiſdem fraudibus, & deceptionibus, quæ abſque Diuinæ vltionis timore à Parentibus, Conſanguineis, & Amicis committi conſueuerunt, quantum in Domino poſſumus, occurramus; ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, aliiſque noſtro arbitrio pœnis aſsignatoribus, vel donatoribus omnibus præcipimus ne ſint redditus, vel Cenſus, vel prædia, aliaue bona immobilia non ſua, ſeù alteri prius obligata, vel donata, ac nunquam ſub quouis prætextu, vel neceſsitate, niſi de noſtra ſpeciali in ſcriptis licentia de beneficiis, vel aliter rite prouiſi retrocedant, vel alienentur prædicta bona ſub pœna ſuſpenſionis ab ordinis, vel ordinum executione, & laici qui hoc facere attentauerint, vltra periurii pœnas, ſint ipſo facto ab ingreſſu Eccleſiæ interdicti. (S.C.C.T. 16 Martij 1641.)

Si noſtris dimiſſorialibus litteris ab alio Epiſcopo, quis vel in minoribus, vel ſacris ordinibus promotus reperiatur, infra menſem à die ſuſceptionis ordinis, vel ordinum, ante eiuſdem, vel eorumdem miniſterium in noſtra Epiſcopali Curia fidei teſtimonium redigere teneatur, aliàs ab ordinis, vel ordinum exercitio elapſo menſe ſit ſuſpenſus. Præterea Sacerdotes alienigenæ in quibuſcunque Eccleſiis, etiam Regularium, niſi eorum dimiſsoriales litteræ à nobis, vel noſtro Vicario Generali, vel à noſtris Vicariis foraneis tamquam veræ, & legitimæ fuerint recognitæ ordinum quorumcumque exercitio omninò priuentur, & ij ad quos pertinet, ſubiaceant pœnis nobis arbitrarijs.

Qui promoueri deſiderio flagrant, feria quarta ante ordinatio-

num diem Epiſcopalem reſidentiam, aliumque locum iuxta ædicti præſcriptum decenti habitu, ac tonſura ad examen accedant. Et ad primam tonſuram promouendi Chriſmatis Sacramento priùs ſint confirmati, fidei rudimenta aptè teneant, & legere diſtinctè, ac ſcribere minimè ignorent. Et qui minorum ordinum charactere in ſigniri deſiderant, vltra Parochorum, & ludi magiſtrorum fidei teſtimonium de ætate, moribus, vita, & ſcientia, linguam latinam, latinumque ſermonem in vernaculam linguam vertere ſciant, ſub irremiſſibili reiectionis pœna; Et tandem pro promouendis ad ſacros ordines Concilij Tridentini Decreta omninò ſeruentur.

Ad euitandas fraudes, quoad fieri poteſt, prohibemus donationes nobis inconſultis, fieri Clericis, & aliter factas tamquam ſuſpectas non admittemus.

Abſque fide Rectoris, ſeu Curati, quæ iuramento vallata ſit de legitimo ſeruitio præſtito Eccleſiæ, quibus Clerici adſcripti ſunt, nō concedantur monitoria ad fauorem dictorum Clericorum non poſſidentium beneficia Eccleſiaſtica; & Rectores prædicti cauti ſint pro veritate abſque humano reſpectu verificanda ſub pęnis arbitrarijs.

Pro diſciplina Eccleſiaſtica conſeruanda mandamus Clericis, vt ſe non immiſceant officiis, & negotiis ſæcularibus, aliiſque de iure prohibitis, aliàs contra eos innouamus, prout præſenti conſtitutione innouatæ ſint ipſo iure pęnæ à Sacris Canonibus impoſitæ etiam priuationis à Priuilegiis Clericalibus, vltra pęnas noſtro arbitrio addendas.

TITVLVS XII.

De Sacramento Matrimonij.

SVmmus opifex, ac rerum omnium omnipotens Conditor in primo naſcentis mundi exordio primæuos humani generis Parentes intra terreſtris Paradiſi amæna virentia magno matrimonii ligamine mirè coniunxit, Chriſtuſque omnium ſeruator renaſcentis gratiæ temporibus in Canæ Galilcæ nuptiis nouo ſuæ potentiæ miraculo confirmauit, & inter ſeptem nouæ legis Sacramenta mirificè appoſuit, vt qua decet reuerentia, debito cultu, ac veneratione à fidelibus omnibus tamquam à Deo inſtitutum magnum hoc Sacramentum vbique locorum veneretur. Hac de cauſa gentium egregius Doctor mirabili encomio magnum appellauit, quoniam vbi cætera Sacramenta in remedium Naturæ lapſæ fuere exhibita, hoc in ſtatu

inno-

innocentiæ & ad felicitatis conſortium humani generis primis parentibus fuit conceſſum. Quid amplius, maritale ligamen non tantum Diuina prouidentia prodiit, vt ſucceſsiua multiplicatione humana ſpecies magis, ac magis in die ditaretur, verum vt cæleſtes ſedes Angelorum lapſu vacuæ nouis ſpiritualibusCreaturis implerentur. Cum itaque tanti Sacramenti dignitas & admirabilis ordo mirè in Eccleſia clareſcant, neceſſarium fore putamus animarum Rectores ſuam Plebem his documentis inſtruere, vt à fidelibus piè, deuotè, ac reuerenter tractetur; & ſi in eo aliquæ irrepſerint corruptelæ funditùs euelli curent, & tantum, quæ à Sacra Tridentina Synodo fuere præſcripta inuiolabiliter ſeruentur; Vnde inter Miſſarum ſolemnia diebus Dominicis ſæpe ſæpius dum Populus frequens reperitur, circa hoc Sacramentum Catechiſmi doctrinam, vim naturam, & Sanctitatem clarè, & grauiter explicent, imò quam caſtè, quam piè, quaue charitate vſque ad vltimum præſentis vitæ periodum ſit in eo verſandum, & conuiuendum ſedulò exponant.

Et vt omnia ad ipſum ſpectantia,quoad miniſterium à Parochis ritè peragantur, antequam matrimonialem contractum celebrandum denuncient,quales ſint contrahentes,an legitima ætate polleant,quæ in maſculis decimum quartum, in feminis duodecimum annum excedere debet, quænam ſit contrahentium conditio, num libertatis, num coactionis, an aliquo impedimento, præſertim, quod ex cognatione tum Sanguinis, tum Spiritualis, qualis contrahitur in baptiſmo, & Confirmatione ſint innodati, & an iiſdem contrahentibus denunciationes fieri arrideat, diligenter perquirant. Quibus peractis ſi ex Contrahentium parte nulla experiatur difficultas, ad futuri matrimonij etiam occulta impedimenta dignoſcenda denunciationes trinæ diebus Dominicis, alijſue ſolemnitatibus, & diebus feſtiuis inter Miſſarum Solemnia Populo adſtante, à Parocho, vel ab altero de eius licentia alta voce fiant, proponendo nomina, voluntates, & paræciam, vel paræcias earũ perſonarum,quæ contrahere intendunt.

Et ſi contrahentes in diuerſis Parochijs extiterint in ſingulis de noſtro mandato denunciationes prædictæ non omittantur; Et idem Parochus Populum admoneat, quod qui aliquod impedimentum nouerit,niſi denunciet excommunicationis pœnam incurret, aliaſque pœnas noſtro arbitrio, & ſi aliqua impedimenta reperiantur, vel grauia dubia exurgant, ad Nos, vel noſtrum Vicarium Generalem Parochi deferant, vel deferri curent, vt de Iure per teſtium examen quid agendum ſit, determinetur. Et hac occaſione pariter plebi notificare Parochi non omittant, quod qui aliquod falſum impedimentum malitiosè detulerit, vt futurum matrimonium impediat, præter Iuris pœnas excomunicationis gladio punietur.

Si ab vltima denunciationis die bimeſtre decurrerit, & matrimonium haud fuerit contractum, ſub nullo titulo, aut prætextu Parochus ſponſos in matrimonium coniungere audeat, niſi iterum in Eccleſia, vt ſupra, denunciationes fiant. Mandamus prætereà ea die qua vltima fit declaratio, quod matrimonia minimè contrahantur, ſed altera die in Eccleſia contractus perficiatur. Et ſi eadem die, qua vltima fit denunciatio, matrimonium perfici ex cauſa à Nobis noſcenda contigerit; in hoc caſu in ſecunda denunciatione Parochus huius rei Populum admoneat, ne alicui denunciandi tempus prætereat, ſub pœnis noſtro arbitrio.

Dumtaxàt in Parochiali Eccleſia contrahentium à proprio Parocho, vel ab alio de eius licentia in ſcriptis ante Altare Maius, vel in loco Eccleſiæ decentiori de mane, & nullo modo ante Solis ortum celebretur matrimonium; Nullique Domi, vel extra Eccleſiam abſque Noſtra vel, Vicarij Generalis in ſcriptis expreſſa licentia celebrare liceat ſub pœna ducatorum viginti quinque pijs locis à Nobis applicanda. Et ſi quandoque, nobis annuentibus, extra Eccleſiam inire permiſſum fuerit, ſemper in decentiori domus parte, ea reuerentia, qua decet fiat corā Sacra Imagine, profanis omnibus figuris, locutionibus, ſeu actibus omninò reiectis, ſub pęnis noſtro arbitrio.

à S. C.C.T. 17. Aprilis 1649. in vna Florent.

Et quoniam ex deprauatis hominum moribus ex inter ſponſos ante matrimonij contractum frequentiori comercio non tantum Scandala, verum, quod peſſimum eſt, illicita copula emanare contingat, vt tanto facinori occurramus, expreſsè iubemus, ne ſponſi ante celebrationem Matrimonij in faciem Eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus vllo pacto cohabitent, vel viſitationibus, aut comercio vtantur ſub pœna excommunicationis, vltra quod tanti delicti abſolutionem tantum nobis reſeruamus; Mandantes eiſdem Parochis ne ad denunciationes deueniant, niſi prius eis probabiliter notum ſit, ſponſos contrahendos fore poſt illarum vltimam denunciationem, vt ex noſtro ſpeciali ædicto, quod confirmamus: Inſuper ne contractus matrimoniales aliquando in dubium reuocari queant, aduertant ſedulò Parochi, vt contrahentium voluntates non ſilentio, at per explicita verba de præſenti ſaltem eidem Parocho, & teſtibus innoteſcant; amotis riſu, verbis, alijſque actibus indecentibus.

Ne ſub quouis prætextu, vel apparenti, vel falſa fide in Matrimonium iungat aduenas, alienigenas, vagantes, & peregrinos, omninò aduertat Parochus, nobis inconſultis: nam circa huiuſmodi perſonas priùs per iuridicum teſtimonium conſtare debet, an ſint ſolutę, an à Catholica Communione ſint alienæ, aliove canonico detineantur impedimento, ſub pœnis acriter noſtro arbitrio infligendis & iuxtà etiam mandata Sacræ Congregationis Generalis Inquiſitionis

San-

Sanɑi Officij; Prætereà neque eos matrimonio iungat, qui fidei rudimenta nimirum orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Apoſtolorum Simbolum, & Decalogi Præcepta penitùs ignorant, nam diſſonum eſſet, & pro neceſſaria educatione Filiorum alienum, effici Patrem, vel Matrem, qui prioribus fidei documentis omninò careret. Sicuti Viduis vtriuſque ſexus nequaquam ad ſecundas nuptias pateat aditus, niſi prioris Coniugis obitus legitimè conſtiterit. Qui ſecùs fecerit noſtro arbtrio debitis punietur pœnis,

Solemnitates, nimirum Conuiuia, traductionem ſponſæ, cæteraque in Tridentina Synodo perſcripta Quadrageſſimæ, vel Aduentus temporibus omninò prohibemus ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis. Sicuti abſque præſentia Parochi, & teſtiũ nulli contrahere liceat. Rit. Rom. de Sacramẽto Matrim. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. mat. cap. 1. §. 1.

Ne Curati ab eorum Parochianis defraudentur, mandamus illis, ne audeant teſtificari quemlibet ipſorum vtriuſque ſexus eſſe in ſtatu libero contrahendi matrimonium, Nobis inconſultis, nam teſtimonialibus prædictis, etſi nullius valoris, aliquando vti ualent extra noſtra Diæceſim, ſub pęna ducatorum decem pijs locis noſtro beneplacito applicanda.

TITVLVS XIII.

De Concionatoribus.

OPportunè conuerſioni, & ſaluti Fidelium prouidetur diſpenſatione cæleſtis ſeminis, nam ità ipſi ad intelligentię viam, quam ſibi aliquando peccatis præcluſerunt, valent, Deo propitio, peruenire. Hæc cælicæ alimoniæ diſtributio nobis præcipuè iniuncta eſt; ob multiplices tamen noſtræ Paſtoralis curæ legitimas occupationes, & quod perſonaliter per totam dięceſim intereſſe minimè poſſumus, illis Concionatores mittimus, ſolliciti eſſe debent, vt opera, verbis & ſermonibus correſpondeant; Attendentes illud Apoſtoli Petri: Paſcite, qui in vobis eſt gregem: forma facti gregis ex animo. Nullum verbum ab eis proferatur, niſi ad Deum proximè, vel remotè relationem habeat, ac eorum animus ſemper Deum, ſalutemque animarum reſpiciat, non autem popularem, aut propriam gloriam; A doctrinis nouis, & peregrinis abſtineant, ſed tantum vtantur illis comprobatis in Eccleſia, & Sanctorum Suffragiis, vt coràm Deo, Angeliſue proteſtari liceat. Non quæro gloriam meam. D. Petrus Epiſt.

At hoc quoque ex officio curati intendere debent tale mentis pabulum, ac cibum animæ eorum gregibus ſæpius exhibendo, rudes in-

inſtruendo, deprauatos mores corrigendo; & contra hos exclamando; Proindè eis iniungimus vt diebus Dominicis, & Feſtis Solemnioribus iuxta Tridentinum Salutaribus verbis eas paſcant pro ſua, illorumue capacitate per ſe,& ob aliquod iuſtum impedimentum per aptum ſubſtitutum à nobis probandum; alias eorum munus minimè exſoluunt. Quodſi defecerint noſtris ſubiaceant pœnis arbitrariis. Excipiendo tamen tempus Quadrageſimæ & Aduentus Domini in locis vbi conciones aliorum ex noſtra facultate habentur.

Et vt rectiùs ſibi conſulere valeant, ſit penes eos aliquod morale Euangeliorum Comentarium; & carentes infra bimeſtre poſt huius Synodi promulgationem de illo prouideant.

Indulgentias qualeſcunq; Populo nemo publicet,ſeu publicare audeat,niſi de noſtro conſenſu,quē cognita earū validitate,cōcedemus.

Nemo etiam Regularis cuiuſcunque ordinis,neque in propriis Eccleſiis, ſeù Oratoriis concionem, ſeù ſermonem habeat quacunque ex cauſa, nobis vel noſtro Vicario Generali inconſultis, ſub pœnis nobis arbitrariis. Et quoad Regulares etiam per cenſuras iuxta Apoſtolicas conſtitutiones prohibentur: Non admittantur attamen ad munus prædictum,niſi præuiis litteris approbationis ſuorum Superiorum, tàm quoad ſcientiam, quàm quoad mores; Non extendimus facultates eis concedendas audiendi cōfeſsiones fidelium in eodemmet munere prædicandi, peracto tempore illius, abſque noua noſtra expreſſa conceſsione.

Seſſ. v. de refor. cap. 8. Conc. Trid. ſeſſ. 3. c. 3. de reformat. & ſeſſ. 24. c. 4. de reform. Greg. XV. in Conſtitut incipiente In ſcrutabili Clem. X. in ea incipiente Supernas magni Patris familias.

Iniungimus illis, quod in vna Saltem Concione commodiori etiā pro frequenti Populo illos accuratè doceant vim Eccleſiaſticarum Cenſurarum, illarumue pœnas, quas D. Bonauentura in paucis reſtrinxit carminibus.

Gratia ſubtrahitur magis, ac magis obice rupto.
De vitio cadit in vitium ſuffragia perdit:
Eccleſia,Satana vexandus traditur ille:
Quem ligat ex proprijs anathematis vltio culpis.

Monemus, & in Domino mandamus, tam eccleſiaſticis,quam laicis quorumcunque locorum noſtræ Diæceſis, vt ordinatè, deuotè, ac omnī humilitate accedant ad Conciones, & tanta ſollicita obſeruantia, ne verbum Dei quod erogatur de corde puro pereat; Nam non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui ſua negligentia Corpus Chriſti in terram cadere permiſerit.

D. Gregorius Nanzianz.

Præcipimus prætereà quod tempore prædictarum Concionum,neque Miſſæ, neque horæ Canonicæ, aliæue orationes celebrentur, vel dicantur, etiam ſubmiſſa voce, nec per Eccleſias diſcurratur, vel tumultus fiat, ſub pęnis noſtro arbitrio; & Rectores Eccleſiarum inuigilent, quorum conſcientiam ſtrictiſsimè oneramus.

TI-

TITVLVS XIV.

De Parochis.

AD Præfecti mores, veluti ad horologij motum plebs Chriſti quam plurimum ſe conformat, ad illius pulſum excitatur, & regitur: antiquitus idcircò ad veſtem Sacerdotis, quaſi ad miſticum horologium ſeptuaginta duæ pendebant campanulæ mixtæ malogranatis; vt illa verbis ſonoris, & igne pietatis ad omne bonum opus ſuauiter exemplis oblectetur, & aliquandò iucundè compellatur.

Quotidiè experimur ſub zelo accenſi Rectoris deuotionem, & odoris ſuauitatem reuiuiſcere, per Sacramentorum frequentiam, moris conuerſionem, ac pietatis dilectionem; ſicuti per Gubernatoris torporem populum torpeſcere in pietate, deuotione, & cultu Dei.

Sit itaque Rector operatione præcipuus, vt vitæ viam ſubditis viuendo denunciet, & grex qui Paſtoris vocem, moreſque ſequitur, per exempla melius; quam verba gradiatur.

D. Gregor. de vita Paſtor. cap. 3.

Vt igitur officio ſatisfiat, mandamus Parochis, alijſque curam animarum exercentibus, vt intra limites cuiuslibet Parochiæ reſideant: nec pernoctare habeant extra eas; in legitima autem cauſa, vel neceſſitate non diſcedant abſque noſtra licentia, & relicto idoneo ſubſtituto à nobis probando, & ibi pernoctante, niſi per vnam noctem intra diæceſim tantum, infirmis, vel alijs neceſſitatibus ſpecialibus non exiſtentibus, ſub pœna ducatorum ſex locis pijs noſtro mandato applicanda pro quolibet, & qualibet vice vltra illas in Sacris Canonibus contentas.

Conc. Trid. de refor. ſeſſ. 23. cap 1. & eadem omnino.

Diebus Dominicis, alijſque feſtis ſolemnioribus annuncient Populo, quæ docenda erunt, vt in Capitulis proprijs.

Tam Sacramenta Eccleſiæ, quam Sacramentalia ſpeciali nitore, ac cura conſeruent; nec ad alium vſum ea conuertant, & applicent, quam ad eum, cuius cauſa ſunt inſtituta; Si quis autem eis quocunque modo abuti præſumpſerit, vel vt alij abutantur permiſerit, plectetur pæna ad noſtrum arbitrium.

Animarum cuſtodes, alijque conſacerdotes eorum coadiutores, iuxta Eccleſiarū conſtitutiones, vel legitimas conſuetudines à nobis tamen prius approbati, aſſiſtāt ad ſedes Cōfeſſionales diebus feſtiuis de præcepto, vel ſaltem vnus, vel duo eorum iuxta Populi frequentiā; In illis verò feſtis Domini noſtri IeſuChriſti, & Beatæ Mariæ Virginis ſolemnioribus omnes, vt cor proximi inueniri poſſit, ſpiritualia quærendo, & illud à terrenis auellendo, ad Cæleſtia dirigatur.

Vt ægrotis, præcipuè morte proximis ſalubrius ſicuti tenentur, vt diximus conſulatur, mandamus eiſdem in virtute ſanctæ obedientiæ, vt ſæpè per ipſos, vel ſi aliquo rationabili impedimento forſan fuerint detenti, per alium ex conſacerdotibus illos viſitent, excitent, hortentur, admoneant ad frequentes actus contritionis, & amoris Dei ſuper omnia, ac deteſtationem omnium peccatorum vitæ præteritæ propter Deum ſummum bonum; ſummo amore amandum; ad recitationem Symboli Apoſtolici, aliaque pia, prout ſtatus, capacitas patientis, & tempus permittet. Viriliter, ſecreto tamen, omni, qua decet, charitate inſiſtendo, ne fæminæ inhoneſtæ, quæ forſan cum infirmis turpiter ſe geſſerunt, eos viſitent, illorumque gubernium, ſeu curam habeant.

Vt opportunius conſulatur pio noſtrorum Eccleſiaſticorum profectui, præcipimus, vt vnuſquiſque Vicarius foraneus, & alius à nobis deputatus, aut deputandus in aliquibus terris à loco reſidentiæ illorum diſtantibus, conuocet Parochos & alios quoſcunque Sacerdotes, quibus animarũ cura intra limites eius Parochiæ incumbat, ac confeſſarios bis in menſe diebus autẽ nõ feſtiuis de præcepto, & duos caſus examinandos proponat, & hi examinentur per turnũ, ac proponantur anticipatè pro ſequenti diſcuſſione; qui legitima cauſa à Vicario foraneo, vel deputato reſpectiuè probanda non impediti adeſſe neglexerint, pro vnaquaq; vice carolenũ vnũ ſoluant, pijs locis applicandum: ſciant quoquè Clerici; ipſos non admittendos ad ſuperiores ordines, niſi ſecũ habeant fidẽ acceſſiſſe fructuosè ad ipſas diſcuſſiones. Et ipſi Vicarij, & Deputati adnotent Caſus propoſitos, illorum diſcuſſionem ac negligentium abſentiam, & quolibet quatrimeſtre noſtrum Vicarium Generalem certiorent de his omnibus; alias intelligant pœnas nobis arbitrarias ſibi ſubeundas.

Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 14. Id. Conc. ead. ſeſſ. c. 1.

Non ſolum diebus feſtiuis, ſed ſaltem tribus alijs diebus ferialibus in hebdomada miſſas celebrent in propria Parochia. Sacrificia pro Populo applicent iuxta boni viri arbitrium. Pupillorum, Orphanorumue, ac aliarum miſerabilium perſonarum neceſſitates opitulentur, & ad nos referant pro auxilio impendendo. Mulieres Ruri inhabitantes, ſæpè admoneant, vt ſaltem per menſem ante partum (iuxta noſtrum Edictum, quod hic innouamus ſub eadem pœna ducatorum ſex) ad oppida ſe conferant, vt ſibi ipſis, ac fœtibus remedijs tam ſpiritualibus, quam Corporalibus opportunè conſulatur. Obſtetrices etiam in pagos Parochiæ exiſtentes obſeruent, ac inſtruantur pro peritia baptizandi in neceſſitate, ſub pęnis nobis arbitrarijs.

In Eccleſijs Parochialibus in meridie, & poſt ſolis occaſum grandiori campana ſignum ſalutationis Angelicæ præſtetur, & ſummo mane, ſi fieri poſſit, ad ter in die in Populo deuotionem excitandam.

In Parochialibus carentibus archiuio pro conſeruatione ſcripturarum ad eas ſpectantium fiat quam primum, & in illo perpetuò conſeruentur, aliàs præfati ſubiaceant eiſdem pœnis.

Nullus Sacerdos audeat abſque Parochi facultate benedictiones ad illum ſpectantes, ac functiones exercere ſub pœnis noſtro arbitrio, & in Sacris Canonibus expreſſis.

TITVLVS XV.

De Diuinis Officijs.

INter mundana nil humano corde ſublimiùs, nihil nobiliùs, nihilque Deo ſimiliùs; Nil tamen eo deteſtabiliùs ſi ad Deum, cui totum eſt, non leuetur, & potiùs terræ putredini adhereat: Si frumentum haberemus in inferioribus, ne putreſceret; illud ad ſuperiora leuaremus; frumento noſtro quærimus mutare locum, & cor aliquandò permittimus in terra putreſcere! frumentum leuaremus, leuemus cor in Cælum ſpirituali affectu, ardenti charitate erga Deum, illumque corde, & non ore tantum deprecando; Deus enim non verba intendit, ſed cor aſpicit, & ſic etiam in terra viuendo in Cælo erimus.

Qui nouerit bene orare, nouerit bene viuere Diu. Auguſt.
D. Aug. in pſal.

Quapropter Paſtorali noſtra ſollicitudine, omnes in Domino hortamur, & monemus, abijciant in oratione omnem carnalem, ac ſæcularem cogitationem; laudes Diuinas per ſingulas horas, non curſim, ac feſtinanter, ſed tractim, deuotè, & attentè perſoluant, quicquam tunc animus, quod id ſolum cogitet, precatur; Nam ſi aliud forſan aliquis in corde habeat, quomodo audiri à Deo poſtulat, cum ſe ipſum non audiat? forſan vellet eſſe memorem Dominum ſui, dum rogat, quando ſui ipſius immemor ipſe ſcitur? hoc vtique eſſet, & in terra putreſcere, & Maieſtatem Domini negligentia orationis offendere.

Obligati in Choro ad horas Canonicas debitam inter feriale, & ſolemne officium differentiam faciant; verſiculos diſtinguant, vt ab altera integrè audiatur parte; cum ſuperpelliceis, bireto Clericali, habitu talari, alijſque opportunis aſſiſtant; in eo non confabulent, & à litterarum, ſcripturarum ſeu lectione librorum, & à quacunque alia vocatione abſtineant, & ſtudiosè, ritè, piè, religioſeque laudes prædictas concelebrent, alias ſciant non ſatisfacere oneri, & ad fructuum reſtitutionem teneri. Diebus Dominicis, & alijs feſtiuis de præcepto ſemper ſtando decantetur Canticum DD. Ambroſij & Auguſtini; quod incipit: Te Deum laudamus, & illud Zaccariæ: Benedictus Domi-

S. C. Epiſcop. & Regular. negot præpoſ. in vna Theatina 18. Aprilis 1617. relata à Barb. de Canonic. & dignitat. cap. 34. nu. 17. per extenſum.

nus

nus Deus Iſrael, cum ſua Antiphona; In pronunciatione Sanctiſsimæ Trinitatis, Nominis Ieſu, eiuſque Beatiſsimæ Matris, ſaltem denudato capite illud inclinent.

Vt autē quotidie ordinatè conuocentur, præcedat campanæ, Vulgo Squillæ, ſignū ſpatio quadrantis horæ de manè; hyemali tempore hora decima quinta; veris, & autumnalis hora decima quarta; æſtiuo verò tēpore hora vndecima; ad Veſperas verò in æſtiuis hora decima octaua, in alijs vigeſima (exceptis tamen diebus ieiunii in Quadrageſima, quod habeatur verſus meridiem) poſt verò ſignum prædictum expectetur tertia pars horæ qua completa congregati accedant ad Chorum, & ſic obſeruetur ab iis, ad quos ſpectat.

S. Cong. in Tarentin Criptaliar. 3. ſept 1605.

Sciant præfati, munus non adimpleri, ſi alta, & conſona voce non pſallant; Defunctorum officium, Pſalmos Graduales, & Pænitentiales iuxtà Pii V. Breuiarium non recitent; & in diebus ieiunii, & Rogationum, in quibus occurrent feſtiuitates ſanctorum, Miſſam Conuentualem, & de Sancto non celebrent, & negligentes punctentur tamquam abſentes.

S Cōg Cōn die 20 April 1601.

In decantatione Miſſæ, Euangelii, Epiſtolæ, & ſimilium, ac quoad eos adhærentia, ſeù annexa teneri per ſeipſos onus ſubire, & non per ſubſtitutos, & ſi legitimè fuerit aliquis impeditus, tunc alius eiuſdem ordinis, & gradus, ſed non inferioris deputari debet, Seruitium enim Altaris, & in noſtris functionibus Epiſcopalibus præſtetur per turnum iuxtà Cæremoniale Epiſcoporum.

In Rubrica Miſ alis.

Sac. Cong. Rit. in Cuſent. 20 Nouemb 1617. Ead in Egitauien. 21. Nouembris 1602. Carimonial Epiſcop.

Ad abolendam confuſionem, vt munia rectè exequantur, declaramus non eſſe licitum, neque æquum è choro diſcedere poſt cæptum officium, & in Miſſa Conuentuali, quacunque de cauſa, etiam occaſione celebrandi, permittendo tamen vnam vel duas Miſſas dicto tempore ob commoditatem Populi, & diſceſſum ob aliquod vniuerſale beneficium Capituli, non autem perſonæ particularis; Ita tamen vt in egreſſu, & regreſſu digniori de Choro reuerentia exhibeatur: aliàs per punctatores adnotentur.

S. Cong. Epiſc. & Regular. in Thera. 18 Aprilis 1617.

Dum Diuina peraguntur, ſaltèm duæ candelæ accenſæ maneant in altari, & cum ſolemniter habentur cum Purificatione eiuſdem Altaris, quatuor in eo collocentur.

Præcipimus Punctatoribus, vt in quolibet principio eorum officij coram noſtro Vicario Generali in loco noſtræ reſidentiæ, in alijs verò corām noſtro Vicario Foraneo iuramentum præſtent de fideliter punctando. Libri punctorum fideliter cuſtodiantur abſque fraude, & vitio, ſeruentur in loco publico aptiori ad finem quoque à nobis recognoſcendi ſub pœnis nobis arbitrarijs.

Sac. Cong. Concil. 17. Martii 1619 apud ſeſſ in ſelectis Canon cap. 3. num. 99.

Manifeſtum ſit omnibus Clericis tam beneficiatis, quam in ſacris Ordinibus conſtitutis, ſe ad horas canonicas iuxta Breuiarium Ro-

ma-

manum quotidiè recitandas Eccleſiaſtica lege teneri, aliter, vltra mortalem culpam fructus beneficiorum ſuos non faciunt, illoſque ammittere pro rata parte. Et ſi aliquod tempus in ommiſſione inſordeſcerent, legitima præcedente monitione, ad formam Leoninæ Conſtitutionis beneficijs ipſis priuari poſſe declaramus.

S. C. Rit. ſub die 18. Iulii 1671.

Permiſſum eſt ex decreto Sac. Congregationis Rituum, Sanctiſſimo Domino Noſtro Clem. X. approbante; fieri tranſlationem de Sanctis ad libitum, ſicut fit de alijs Sanctis, qui non ſunt ad libitum similiter tranſlatis.

Leo X. in cõſtit. quæ incipit. ſupernæ diſpoſitioni.

Si (quòd abſit) in choro ſeu Sacriſtia, aut Eccleſia rixæ, ſeù iniuriæ, aut iurgia inter Eccleſiaſticas perſonas, vel Sæculares acciderint, ſubiaceant pœnis arbitrarijs iuxta qualitatem errorum,

Ideo Sæculares in Choro, & Sacriſtia non admittantur; & hoc ad mentem quoque Sacræ Congregationis Rituum.

29. Octob. 1609.

Minimè licitum ſit Canonicis, Capitulares Congregationes habere tempore, quo Diuina celebrantur, vel celebrari debent, niſi vrgenti & canonica cauſa ad aliud tempus differri non valeant, aliàs ſubiaceant ſubtractioni fructuum pro rata, alijſque noſtro arbitrio.

Sac. Congr. Cóc. in oriolen. 27. Martii 1632.

Præfati non diſcedant à loco reſidentiæ ſeù à Diœceſi, niſi legitima cauſa, à noſtro Vicario Generali, & extra hanc noſtram reſidentiam (in caſu tamen ex improuiſo) à Vicarijs foraneis, probata, ne Eccleſiæ deſtituantur debito ſeruitio; Nec facultas concedatur temporum dierum ſolemnium, & Quadrageſimæ, niſi vrgens adeſſet neceſitas; Et licentiæ gratis impartiendæ regiſtrentur per prædictos; aliàs corrigantur iuxta canonicas ſanctiones, & pœnis quoque noſtro arbitrio plectentur.

Ad tollendam diſſonantiam, & confuſionem in choro, quam primum ignari Gregoriani cantus hunc addiſcant, aliàs renitentibus ſubtrahantur quotidianæ diſtributiones, donec illum acquirant.

Sac. Cong. Conc. in vna Andrien. 14. Martii 1620 lib. memorialium 20. pag. 157.

Et tandem ante oculos mentis veſtræ appono propria verba finalia illius tam eximij Paſtoris Diui Caroli Boromæi ad Suos Canonicos, vt illius ſaltem reuerentia, & monitione cuncta rectè dirigantur.

Omnia agite pace mutua, concordi voluntate, & charitate fraterna, vos inuicem diligite. Canonici enim eſtis, qui pro collegij ratione ex antiquo inſtituto vna in Collegiata Eccleſia, vnoque item in Canonicali domicilio collocati fuiſtis, ità vno pacis, & charitatis fœdere, vnaque animarum conſenſione coniunctiſſimè, ſicut naſcentis Eccleſiæ Miniſtris, quorum erat cor vnum, & anima vna, experiendo videre, ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt.

Nouæ Proceſſiones non inducantur per quoſcumque ſub pœnis noſtro arbitrio reſpectiuè abſque noſtra licentia in ſcriptis.

Innoteſcendum putamus præfatis non euitari culpam ſæpè ſæpiùs mor-

Barb. de Canon & dignit cap 40. num. 9.

mortalem, vltra aliàs de Iure ſtatutas, ſi notabiliter, voluntariè, abſque legitima cauſa, etiam animo amittendi quotidianas diſtributiones, abeſſent à Choro; Cui vltrà DD. adhæret declaratio S. C. C. T. ex Garſ. de Benef. par. 3. cap. 2. num. 123. his verbis. Neminem excuſari à reſidentia, licet diſtributiones amittere velit, nec non puniendos eſſe, qui diuinis non interſunt, licet reſideant in eadem Ciuitate, vel loco.

TITVLVS XVI.

De Sacroſanctis Eccleſijs earumque cultu, & veneratione.

DOmum Dei in qua Clementiſſimus Deus ſupplicantium preces potiſſimum audit, tamquam Chriſti ſponſam, decet ſanctitudo, & honor, propterea dum in ea Diuina perſoluuntur, vel ſacra Concio habetur, nemini vel vagari, vel circulos habere, vel alloqui mulieres, præſertim malæ famæ, vel deambulare, vel altaribus hærere vllo tempore, vel canes venaticos, vel arma ferre, liceat ſub pœnis arbitrarijs. Eccleſia enim locus Sanctus eſt, ibique tantum Summus Dominus humilium reſpicit voluntates, Adeòque etiam Parochi, vel Sacriſtæ inuigilent, ne tempore Diuinorum Officiorum, vel Concionis, vel quadraginta horarum, vel alterius publicæ, vel priuatæ functionis Pauperes ad quæſtum per Eccleſiam diuagentur, iuxtà Sanctæ memoriæ Pij V. præſcriptum. Et ſub pœnis eiſdem omnibus cuiuſcumque gradus, ſexus, vel conditionis inpoſterum abſque noſtra in ſcriptis licentia, Eccleſias, Capellas, & Oratoria de nouo conſtruere hoc decreto interdicimus, mandamuſque, ne in iam conſtructis aliquid magni momenti, vel in totum, vel in principaliorem partem innouetur ſub pœnis noſtro arbitrio &c. ſi aliqua Eccleſia, Sacellum, vel Oratorium funditùs corruerit, vel in futurum corruat, lapides & Cæmenta nequaquam prophano applicentur vſui, verum alicubi ſeruentur in beneficium, vel Parochialis Eccleſiæ, vel alterius ſacri loci ad noſtrum nutum, vt ea quæ ſemel fuere Deo dicata, Domino ſemper reddantur. Eccleſiæ verò vel vetuſtate conſumptæ, vel ruinam minantes infra ſex menſes ab huius decreti publicatione iuxta Eccleſiarum facultates, & redditus omninò reparentur, aliàs iuxta Concilii Tridentini formam contra earumdem Rectores procedetur. Quare vlterius iidem curabunt Rectores non tantum

Kal. Aprilis 1563. cū primum.

tum intus, & foris ab omnibus immunditijs expurgatas ſeruare, verũ neque frumenta, neque ligna, vel quid ſimile detineri permittant.

Quæcunque criminalia, nempe delictorum inquiſitiones, teſtium examen occiſorum inſpectiones, cæteraue ad forum ſæculare ſpectãtia fieri in Eccleſijs ſub excommunicationis pæna ipſo facto prohibemus; & ſi cadauera occiſorum aliquando inſpicienda forent, hoc tantum de noſtra expreſſa facultate, & extra Eccleſiam dumtaxat licitum eſſe, declaramus; Præcipientes inſuper, ne quouis tempore in Eccleſijs contractus celebrentur præter matrimoniales, vel ſpectantes ad pietatem, vel bonum, vel vtilitatem earumdem Eccleſiarum.

Sit in Eccleſijs ex Pii V. conſtitutione deuota conuerſatio, orationibus non colloquiis tantum fideles inſiſtant, ambobus genibus flexis venerabile Sacramentum adorent, pari deuotione ac forma Miſſæ adſint ſacrificio, ad Ieſu nomen reuerenter caput inclinent, nemo tumultus, vel clamores in eiſdem excitet, riſum immoderatum moueat, & quiſque non ſolum corporalem præſentiam, verum cordis humilitatem, puritatem, & attentionem Deo gratam fore, meminerit.

Et ſi aliquis, (quod Deus auertat) cum mulieribus impudicis colloquium ſcurrile, vel quid inhoneſtum habere præſumpſerit, præter Diuinam indignationem, pœnam carceris per menſem incurſurum ſciat.

Eccleſiarum pauimenta ſint plana non foueis corroſa, & lateribus, vel lapidibus, ſeù marmore ſternantur, in quibus neque Crucis, neque Sacrarum figurarum imagines exprimantur, ad irreuerentiam pedum euitandam, ſub pœnis noſtro arbitrio.

Supra principaliores Eccleſiarum fores Imago titularis deuotè, religioſeque pingatur; Valuæque ex nuceis, vel alterius ligni aſſeribus ad prohibendam temporis iniuriam aptè conſtruantur. Oratoria verò campeſtria cancellis ſaltem muniantur, quod ſi per paupertatem haud liceat, iuxta Concilii Tridentini formam funditus deſtruãtur, Eccleſiarumque oſtium noctu nunquam apertum exiſtat, & à vigeſima quarta diei hora vſque ad auroram ſequentis diei clauſum maneat, vt improbis patrandorum facinorum occaſio penitùs ſubtrahatur; ſub pœna Sacriſtis, aliiſque, ad quos legitimè ſpectat ad noſtrum arbitrium. Seſſ. 21. c. 7.

Ad luſtralis aquæ conſeruationem ad latus dexterũ in ipſo ingreſſu Eccleſiæ vas marmoreum, vel lapideum extruatur, & ſi plura ſint hoſtia pariter plura aptentur vaſa, in quibus ſemel in hebdomada aqua renouetur, ſub pœnis noſtro arbitrio.

Altaria non lignea ſed lapidea, vel lateribus latitudinis, & altitudinis quatuor, longitudinis octo palmorum conſtruantur, & de nouo

neque

neque abſque noſtra licentia erigantur, vel alibi transferantur ſub pœnis arbitrariis. Vnumquodque verò habeat altariolum paruum, ſeu altare portatile lapideum conſecratum, ſi totum altare conſecratum non fuerit; vt ſuper ipſum hoſtia conſecrata, & calix aptè locari queant. In altaris facie adſit imago titularis, Crux, ſecretorum tabella, tres tobaleæ, pallium ex ſerico, vel alia decenti materia, puluinar, Miſſale ſupponendum, nec non firma prædella, & non crepitans. In altaribus maioribus Collegiatarum, ſaltem quatuor candelabra. In Altari maiori Cathedralis ſex, in aliis vero adminus duo. In iiſdem altaribus nequaquam extruatur Sacrarium, ſed in altera conuenienti Eccleſiæ parte, et ſi alicubi in altaribus reperiatur, hac cõſtitutione volumus amoueri infra Menſem ſub pœnis noſtro arbitrio.

Sub Leone Decimo ſeſ. 2. die 10. Octob. 1586. In Conſtit. quæ incipit: Sacro approbante Concilio §. & vt debitus. Lauret de Franch. in controuerſ. inter Epiſc. & Regular. q. 5. num. 28

Campanæ autem quæ ſunt ſacræ Eccleſiarum tubæ volumus ne ſub quouis prætextu pro vſu profano inſeruiant; Et in Sabbato Sancto nulla Eccleſia etiam Regularium audeat campanas pulſare, niſi maior Eccleſia prius ſignum emiſerit, ſub pœna ſcutorum centum à Concilio Lateranenſi præſcripta, & ex præſcripto S. Congregationis & ne aliqua oriatur inter Ciues diſſenſio in ſonandis campanis pro mortuorum humatione vbique ſolitus ſeruetur vſus, ac conſuetudo, ſub pœnis quoque arbitrariis.

In omnibus nobis ſubiectis Eccleſiis ſacra ſupellectilis, nempè veſtimenta, vaſa, aliæque res, integrè, & fideliter conſeruentur, nec vnquam quauis occaſione in profanum conuertantur vſum, ſub pœnis arbitrariis.

In cuiuſque Eccleſiæ Sacriſtia Clericorum in ea adſcriptorum tabella apponatur, nec non altera onerum Miſſarum cum ſuis fundationibus, ac inſtitutionibus Cappellarum, vel altarium onus habentium cum expreſſione dierum, vel hebdomadarum, in quibus celebrare opus fuerit; Et Parochus, vel eius nomine ſaltem Sacriſta ſingulis Sabbatis diligentiam adhibeat, an omnia Miſſarum onera per integrum ſint adimpleta, nè fidelium voluntates aliquo modo fraudentur, meminerint, tandem tùm Eccleſiarum Rectores, tùm Sacriſtæ, tùm cæteri ex Clericorum familia diligenter veſtimentorum vaſorum, & Eccleſiarum intus, foriſque ſeruari munditiem, ac nitorem, cum Deus maledictione mulctet eos, qui in eius officio, ac miniſterio negligentes ſe oſtendunt.

TITVLVS XVII.

De Eccleſiaſtica Immunitate.

PRæcipuum Epiſcoporum eſt munus libertatem, Immunitatemue Eccleſiaſticam, etiam effuſione ſanguinis iuxtà maiorum exempla

pla adaugere, conſtanterque tueri. Quare cunctis notam eſſe volumus Cœnæ Domini Bullam, qua excommunicationis pœna ipſo facto plectuntur perſonæ omnes cuiuſcumque gradus, vel conditionis exiſtant, audentes Eccleſiaſticas perſonas capere, aduerſus eas proceſſus formare, eaſque directè, vel indirectè in iudicium vocare, vel adducere, carceribuſque tradere. Etſi in caſibus à iure permiſſis in carcerem mitti contigerit, ſtatim detentores, etiam extraiudiciali monitione præcedente, ad Nos mittere teneantur, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

Monemus inſuper omnes Diæceſis, & Ciuitatis noſtræ Perſonas, ne auſu temerario quouis titulo, aut quæſito colore Noſtræ Curiæ Epiſcopalis Officiales, Miniſtros, vel ſeruientes impedire præſumant, ne liberè in exequendis mandatis, ſpectantibus ad eandem Curiam, vel Eccleſiæ libertatem iuxta Canonicas ſanctiones ſua iuriſdictione vtantur ſub excommunicationis pœna ipſo iure incurrenda. Volentes hanc Conſtitutionem pro trina monitione exiſtere.

Publicis priuatiſque Perſonis vigore Bullæ Cœnæ interdicitur, nè ab Eccleſiaſticis etiam ſpontè dantibus, Collectas, Gabellas, vectigalia, cæteraſque exactiones, & impoſitiones laicales ſub quouis prætextu, vel colore directè, vel indirectè exigant. Quapropter Parochorum, & Confeſſariorum munus erit Gregem, & Populum eis concreditum huiuſmodi pœnam docere. Addendo eandem cenſuram incurrere omnes quouis modo prohibentes Clericis, vel eorum famulis ne eorum panem coquant niſi in furnis certis, neque frumentum terant niſi in ~~ſimilibus~~ molendinis, vel carnem non emant, niſi in eorumdem Macellis hæc enim omnia & conſimilia quomodocumque fiant Eccleſiaſticam lædunt libertatem.

Tum Clericos, tum laicos cuiuſcumque gradus, vel ſexus exiſtant, excõmunicationis vinculo innodatos eſſe declaramus illicò, ſi per ſe, vel per alios, palàm vel occultè contra Eccleſiaſticas perſonas ad forum laicale recurſum habuerint, vel contra eos brachium Sęculare, vel auxilium inuocauerint. Imo ſi hoc à Clericis attentatum foret, præter prædictam Excommunicationis pœnam fructibus beneficiorum priuatos eſſe declaramus locis piis, vel in pauperes erogandis, & ſi res haud pateret, volumus tuta conſcientia, eos minimè retinere poſſe.

In quacunque lege extitiſſe, & præſertim in Euangelica refugiorum loca exiſtere, nemo ignorat, vnde monere noſtrum eſt, omnes cuiuſcumque gradus Perſonas, ne delinquentes ex Eccleſiis, ſacellis, Monaſteriis, aliiſque locis eccleſiaſticis trahant, vel extrahere permittant ſub excommunicationis pœna ipſo facto per Gregorium XIV. inflictam. Et ne delinquentes hoc beneficio peiores fiant, Clerici,

ſacriſtæ, vel Eccleſiarum ſuperiores teneantur Nos certiores facere, ſtatimatque ad loca immunia confugerint ſub pœnis noſtro arbitrio.

TITVLVS XVIII.
De Vicarijs Foraneis.

CVm ad gubernium Noſtræ Diæceſis non ſit ſufficiens noſtri, & Vicarij Generalis aſſiſtentia, vt quantum fas erit, omnibus, & præcipuè iuſtitiæ auxilia præſtentur, noſtri Prædeceſſoris conſtitutionem Synodalem renouamus, quod officium, & facultates Vicariorum foraneorum iuxta expreſſa in ea, & in noſtris,ac Succeſſorum noſtrorum litteris patentalibus.

Præcipimus tamen eis,vt in quolibet bimeſtri tranſmittere habeant noſtro Vicario Generali notitiam ſummariam actorum omnium ab ipſis factorum, tam ex officio, quam ad partium inſtantiam pro viribus eorum facultatum, ſub pœnis arbitrio noſtro.

Nemo ipſorum audeat ſub eiſdem pœnis ſe intromittere abſque noſtra ſpeciali commiſſione in locis Vicariæ alterius Vicarij, niſi neceſſitas vrgeat, vel grauis pietas aliter ſuadeat, cum immediata tamen participatione facta nobis, vel noſtro Vicario Generali.

Ad conſulendum indemnitati noſtrorum ſubditorum præcipimus eiſdem Vicarijs, alijſque, ad quos ſpectat, ne præſumant ſub prænarratis pœnis ad qualitatem delicti reijcere quærelantes; occupare quærelas, proceſſus, cæteroſque actus iudiciarios, vel aliquo modo impedire iuſtitiæ curſum,conſcientias etiam eorum grauitèr onerãdo.

Inuigilent in formatione proceſſuum cauſarum criminaliumEccleſiaſticarum ad inſtantiam partium, & ex officio, ac etiam pro cauſis mixti fori in quibus datur præuentio, & hæc ſunt de illis criminibus ſeu delictis, quæ lege Canonica,& Imperiali ſunt interdicta. In examine teſtium non vtantur ſuggeſtiuis interrogatorijs,ſed eos canonicè, & purè interrogent, ac fideliter eorum dicta ſcribere, vel ſcribere faciant à perſona Eccleſiaſtica nobis ſubdita, & de noſtro conſenſu eligenda.

QuæſtoresEleemoſinarum cuiuſcumque generis ſint pro quibuſuis locis pijs non admittantur per noſtros Vicarios foraneos, Parochoſque locorum, ac alios ad quos ſpectat, ſub pœna ducatorum decem pro qualibet vice, niſi præuia noſtra licentia, vel Vicarii Generalis, exceptis Tertiarijs Regularibus in hac noſtra Diæceſi exiſtentibus, iuxta tamen eorum Conſtitutiones, & obſeruantias; & ijs, qui per vnum, vel duos tantum dies panem, & alia ad victum diurnum neceſſaria quærunt oſtiatim.

TI-

TITVLVS XIX.

De Monialibus.

MOnialium cœtum veluti infirmioris ſexus opportunis auxiliis munire cupientes, ne in iis quæ ſub ſuaui Chriſti iugo Altiſſimo ſuam deuouerunt Virginitatem, quidquam reperiatur incongruum, ſtrictè, & expreſsè præcipimus in earum Monaſteriis inuiolabiliter ſeruare ea omnia, quæ de reformatione, & Clauſura ſancita fuere per Sac. Trident. Concil. per Summos Pontifices, & per noſtras peculiares ordinationes, tùm extra, tùm in actu Generalis Viſitationis. Quare omnes Moniales ad propriæ Regulæ formam vitam inſtituant, votorumque ſolemnium, ac propriarum Conſtitutionum omnimodam obſeruantiam ſequi diligenter curent. Et præſertim in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto mandamus in Choro, ſeu Eccleſia ſeruari perpetuum ſilentium quouis tempore, & quauis hora, & tam dum Diuinum officium perſoluitur, tam extra id tempus; itaut monialibus loqui ſub quouis prætextu minimè liceat, niſi de re ſpectante ad Diuinum officium, vel de alia re pro qua neceſſitas vrgeat, cum Domum Dei deceat ſanctitudo, ſicuti ſub eodem præcepto, ſcilicet obedientiæ decernimus, ne Moniales Chorum ingrediantur, vel abſque religioſo habitu, vel abſque decenti inceſſu, præſertim, dum diuina officia perſoluturæ, vel Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſuſcepturæ ſint.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de Reg.

Omnibus tum laicis, tum Clericis, tum regularibus cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel dignitatis, ſub quouis prætextu, vel quæſito colore abſque noſtra licentia, die, vel noctu ingredi monialium ſepta ſub excommunicationis pœna ex ſummorum Pontificum præſcripto interdicitur. Et ſi Clericus ſit, volumus eſſe ipſo iure ſuſpenſum, & ſi Beneficiatus, decernimus non poſſe facere fructus ſuos.

Pius V. 19. Iunij 1566. in bull. fol. 930.

Mandamus inſuper ne quis cuiuſcumque ſit ſexus, vel ſtatus, vel gradus ſine noſtra, vel noſtri Vicarii Generalis, ſeù Deputati in ſcriptis gratis concedenda expreſſa licentia ad Monialium collocutoria accedere præſumat, Monialeſque alloqui audeat, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, cuius abſolutionem Nobis reſeruamus, exceptis conſanguineis in primo, vel ſecundo gradu, famulis eorumdem monaſteriorum, & mulieribus honeſtis bonæ famæ. Imò ex mandato Sac. Congregationis Regularibus neque licet loqui cum propriis ſororibus, à quibus ſi ſecus fiat, nonnullæ perſcribuntur pœnæ hiſque ſubiacere, aliiſque prout de iure ſciant, vltra pec-

Greg XIII. 21. Ian. 1573 Conc. Trid. loc. cit. c. 5.

 catum

catum mortale, & pœnam excommunicationis, etiam per quodcunque modicum tempus.

Sacr. Cong. ap 15. Reg. Nonis Maij 1590. Clem. IX. decret. S. C. C. Trid. ſub diebus 11. Maij & 7. Iun. 1669. ap probante.

Et quoniam ex Epiſtolarum miſſione, vel receptione ſolent in Monaſteriis non leuia ſuboriri ſcandala, ſub excommunicationis pœna Monialibus omnibus præcipimus, ne infuturum epiſtolas mittant, vel recipiant ab aliquo, præterquam à conſanguineis in primo, vel ſecundo gradu, & ſi aliquando neceſſitas vrgeat, mitti ad alterum, vel recipi ab altero, tunc Abbatiſſæ primò conſignentur ad euitandam præſcriptam Excommunicationis pœnam,

Qui verò vel ſint conſanguinei, vel alterius conditionis accedere, & alloqui facultatem obtinuerint, ſciant nullatenus permiſſum eſſe ad ianuam, ſed ad Crates publicas, non verò ad illas pro diuinis ſitas in Eccleſia ſub pœna priuationis officii, & Ianitricibus ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, nec Monaſteriorum Ianuæ niſi ob miſſionem, vel emiſſionem rerum, quæ per rotam immitti non poſſunt ſub quouis prætextu, vel occaſione aperiantur, & tunc ſi aperiri occurrerit, tantum illas accedere permittimus ad præfatam ianuam, quæ annum quadrageſimum excedunt, niſi fortè adſint extra tantũ Conſanguinei in primo, vel in ſecundo gradu, ſub eadem pœna.

Et quoniam etiam collocutoria ſunt pars Domus Dei, monemus omnes in Chriſti viſceribus, ne ibi collocutiones, vel prophanæ, vel inutiles fiant, ſeù ad profectum non ſpectantes, adeòque Moniales hortamur, ne ad collocutoria abſque neceſſitate accedant, & ſi acceſſerint memores ſint Chriſti ſponſas eſſe, mundoque, & ſibi ipſis renunciaſſe, & ad omnia remouenda ſcandala, nemo audeat propè Monaſterii Ianuas pila, aleis, aliiſque iocis ludere, vel de die, vel de nocte canere &c. nec ex alio loco altiori, quo Moniales inſpici poſſint perſonam gerere ſub excommunicationis pęna.

Nemini ex Procuratoribus, Phiſicis, Chirurgis, Mulionibus, Carpentariis, aliiſque fabris, etiam neceſſitate cogente, abſque noſtra in ſcriptis facultate ſingulis ſex menſibus innouanda Monialium ingredi liceat Monaſteria, ſub Excommunicationis pęna Summo reſeruata Pontifici, & ob neceſſitatem, noſtra accedente licentia cum ingredi contigerit, tunc recto tramite accedat, & recedat à duabus ſenioribus ſociatus, præcedente aliquantiſper campanulæ ſono, ſub pęnis noſtro arbitrio.

Idemque de Confeſſariis hoc decreto ſtatuimus, nam cum bonum ægrotantium pro Sacramentorum adminiſtratione ingredi fas ſit, tunc ſemper Cellulæ Ianuæ apertæ exiſtant, vt ab aliis Monialibus, debita mediante diſtantia, ne peccata pœnitentium audiantur, videri queant, & per eandem omnino viam reuertantur, qua profecti fuere, ſub pęnis noſtro arbitrio.

Vo-

Volumus autem ne Sacerdos aliquis vel ſit Sæcularis, vel Regularis, exceptis Confeſſarijs, in Monialium Eccleſijs abſque noſtra in ſcriptis facultate ſub ſuſpenſionis pœna, alijſque arbitrio prout de iure celebrare præſumat, & qui licentiam obtinuerit ſciat interdictum eſſe ad cratas Eccleſiæ alloqui Moniales ex Six: V. decreto.

Maximè perniciosum ſanè eſſet ſi in electionibus Abbatiſſarum, aliarumue rerum aliqua ex Monialibus etiam ſponte voci renunciaret actiuę, vel paſſiuę, huiuſmodi renunciationes, ſeu abdicationes omninò interdicimus, cum bonum regimen poſtulet, quamque pondus ferre diei, & æſtus. Sac. Congnonis M a 1590.

Pro educatione nullatenus in Monaſterijs admittantur Puellæ, niſi prius Sacra Congregatio facultatem fecerit, factamque conditiones ab ea præſcriptas pænitus ſeruent. Inſuper haud ingredi permittatur, non accedente ſaltem pro maiori parte Monialium conſenſu. Huiuſmodi verò educandæ tali forma introductæ iuxta loci conſuetudinem, vel per ſe, vel per alios de ſemeſtre in ſemeſtri anticipatè pecunia numerata alimenta, aliaque vtenſilia Abbatiſſæ conſignent, & ſi per ſex Menſes adimplere neglexerint, ad ſuos abſque alia declaratione remittantur; Et quamuis clarioris ſint ſanguinis, attamen abſque Ancillis maneant, nec vnquam, niſi non reuerſuræ, exeant, dummodò infirmitatis neceſitas aliud non dictet, nam cum infirmitatis cauſa de noſtra licentia receſſerint, poſtquam benè conualuerint, Abbatiſsæ, noſtroque accedente aſſenſu, iterum recipi queant, debita tamen forma. Et vt Puellæ educandæ differentiam à ſæculi vanitatibus in Monaſterijs, locisſque Deo dicatis agnoſcant præſertim abdicationem à domo, à Conſanguineis, & ab alijs rebus, quæ ad Diuinum amorem minimè ducant; Volumus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, ne educandatus tempore, vel collocutoria frequentent, vel cum Monialibus etiam proximè conſanguineis aliquo modo ſe immiſceant, tum in collocutionibus, tum in agibilibus abſque Magiſtræ præſentia, Verum in omnibus, & per omnia ſub eiuſdem Magiſtræ diſciplina maneant, incumbendo tantum rebus ducentibus ad Religionis profectum, itaut Moniales cum Monialibus, educandæ cum educandis tantùm in Domino verſari queant.

Et quod de Educandis ſtatuimus, volumus etiam valere pro ijs, quæ per ſumptionem habitus Regularis virgineo cætui adſcribi iam curauerunt, & in anno probationis manent, nam tales, quæ nouitiæ nuncnpantur, ita ſub Magiſtræ cura maneant, vt ad collocutoria rarò, & tunc cum Magriſtræ præſentia accedant, numquam cum Monialibus cuiuſcunque conditionis ſint, excepta Abbatiſſa, ſe immiſceant in agibilibus, alijſue rebus abſque expreſſa licentia eiuſdem Magiſtræ, quę ſimilem licentiam minimè concedat niſi in caſibus neceſſitatis; at hu-

humilitati,orationibus,virtutibus, ac Regulæ tantummodò ſtudeant, vt ſuo tempore Sponſo Ieſu veros ſanctitatis fructus reddere poſſit, ſub eodem præcepto.

Quæ verò Puellæ Virgineo cætui adſcribi præoptauerint, præmiſſis requiſitis, ſi Deo dante, elegerint, per conſanguineos, vel alios aſſueta dos penes idoneam perſonam conſignetur, ad hoc, vt profeſſionis tempore in Monaſterij beneficium rinueſtiri poſſit; adeoque Abbatiſſarum munus ſit, nos ante cuiuſcunque Nouitiæ profeſſionem per Menſē certiores facere, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio. Qua occaſione ſciant omnes, non tantum contra cogentes Virgines, vel Viduas ad ſuſcipiendum Religionis habitum, vel contra impedientes, ne ſuſcipiant, latam eſſe ipſo iure à Concilio Tridentino excommu-
Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 17. nicationem; verum contra conſilium, auxilium, vel fauorem dantes, vel præſentiam, vel conſenſum præſtantes, vel non notificantes coactionem ſeù impedimentum, ſi certo ſciant.

Diebus ex illarum ordinis inſtituto, Confeſſarius Monialium om-
Seſſ. 25. cap. 13. de Reg. nium confeſſiones excipiat, & Sacroſancto Chriſti corpore eaſdem reficiet, vel frequentiùs pro illis Monialibus, quæ feruore Spiritus magis incaluerint. Etſi aliqua, quod abſit, tanto renunciauerit bono, idem Confeſſarius ſub pœnis noſtro arbitrio nobis relationem faciat. Hortantes inſuper eaſdem Moniales, vt diebus communionis à collocutionibus, & collocutorijs ſe abſtineant, verum orationibus, meditationibus, lectionibuſque ſacris deuotè vacent.

Nolumus aſque noſtra, vel noſtri Vicarij Generalis licentia Moniales aliquid donare, vel elargiri, etiamſi ſint eſculenta, vel ientacula, quæ materiam peccati grauis excedant, ſub pœnis noſtro arbitrio; Sicuti præcipimus ne, abſque ſaltem Abbatiſſæ licentia, aliquid vendant, vel emant, etiam ſpectantia ad proprium vſum.

Si vtique à nobis, facta facultate, Monialibus Concionem habere permiſſum fuerit, concionis tempore Ianuæ Eccleſiæ claudantur, & nemo præter Confeſſarium præſens exiſtat, neque Concionator concione ſoluta ſub vllo prætextu Moniales alloquatur, ſub pœna noſtro arbitrio, & excommunicationis, quoad Concionatores; Volumus prætereà ianuas Eccleſiarum, & Monaſteriorum clauſas fore circa vigeſimam tertiam horam diei, vſque ad ortum Solis; niſi neceſitas aliud poſtulet. Et cum experientia liqueat, obſeruantiam in ſuo ſtatu immobiliter manere, quando confuſio omnis à Congregationibus arcetur, propterea gradus, & ordines officiorum per Moniales agendorum, exceptis Magiſtris educandarum, & Nouitiarum ac Abbatiſſis & Vicarijs hic ſtatuere opere pretium duximus: Volumuſque hunc ordinem perpetuò ſeruari, nempè cum Moniales annum probationis expleuerint, & proprius locus aduenerit; primo anno Cel-

læ

læ vinariæ; ſecundo, æditimæ; tertio Piſtricis; Quarto valetudinariæ; Quinto quæſturæ officia, charitate, ac debita modeſtia exerceant abſque intermiſſione temporis, & ſi per aliquod impedimentum eis non liceat, tunc altera arbitrio Epiſcopi, & Abbatiſſarum pro tempore ſubſtituatur. Sicuti viliora officia per Ancillas eiuſdem Monaſterii exerceri decernimus. Et dum Moniales huiuſmodi officia agunt, ſe abſtineant ab exceſſu expenſarum inſolitis ientaculis pro monialibus, nam quæ Mundi pompis, illecebriſque renunciarunt, ſuperflua omnia reſpuere, conſentaneum eſt; Contra facientes, arbitrariis puniemus pęnis. Quibus eadem officia exercentibus pariter in virtute ſanctæ obedientiæ prohibemus, ne aliquo modo vbi adſunt operarii, vel morentur, vel coadiuuent, at per eoſdem operarios omnia fiant &c. pro qua re Abbatiſſarum conſcientias grauiter oneramus.

TITVLVS XX.
De Decimarum Solutione.

CVm ſufferendi non ſint ij, qui variis artibus vſurpare, occupare, vel quouis modo retinere, & non ſoluere præſumant, & audeant Decimas Eccleſiis, earumque Eccleſiaſticis perſonis de iure diuino, & humano debitas, præcipimus omnibus, & quibuſuis perſonis cuiuslibet gradus, & conditionis etiam pro executione decreti Sac. Conc. Trid. vt eas ſoluere habeant illis Eccleſiis, Parochis, aliiſque Miniſtris Eccleſiaſticis, quibus legitimè debentur ſub pęna excommunicationis, à qua non abſoluantur, niſi integra facta ſolutione. Necnon mandamus præfatis cuiuſuis gradus perſonis, nè audeant ſub eadem pęna illas occupare, & vſurpare, ac illarum exactionem impedire. Ortantes in Domino omnes ad quos ſpectat, vt læto animo, ac largiter eas perſoluant pro Eccleſiæ Miniſtrorum ſuſtentatione, ſcientes nulla conſuetudine hoc præceptum abrogari poſſe, multo maius in hac noſtra Diæceſi, ob tenuiſsimos Eccleſiarum, ipſorumque miniſtrorum redditus.

Cap 1. cap. Parochia &c non eſt cap. tua nobis, & cap cum nō ſit in homine de Decimis diu. Th. 2.2. q 86. S. C. T. ſeſſ. 25. c 12.

TITVLVS XXI.
De Funeribus, & Sepulturis.

NE piam, laudabilemque Eccleſiæ conſuetudinem, vetuſque inſtitutum vnquam prætereamus, Parochis omnibus, Curatiſue

no-

noſtræ Diœceſis ſtrictè præcipimus, vt quamprimum de morte alicuius perſonæ communionem cum Eccleſia Catholica habentis certiores facti erunt, Populis, vt ad orandum pro anima defuncti excitentur, campanæ maioris ſono ſignificent. Et ne in tumulandis cadaueribus quid mali patiatur, Defunctorum corpora, niſi tranſactis adminus horis duodecim à tranſitu, ſepulturæ minimè tradantur, imo ſi mors ex improuiſo, vel repentina extiterit, per viginti quatuor horas inhumata ſeruentur, niſi aliud per nos, vel per noſtrum Vicarium Generalem demandatum fuerit; nemini tamen, nulloque tempore fas ſit ante ſolis ortum, & poſt occaſum cadauera aſſociari, efferri, tumularique, neque dum ſolemnis Miſſa, aut ſacra Concio perſoluitur ſub pœna ducatorum viginti quinque pijs &c.

2. Machab. cap 2. S. Aug decur agen. pro mort cap 7. & 9. D. Ant. lib. de Tobia cap. 1.

S. Carolus loc. cit. cap. 11.

Non dumtaxat Ciues, verum Peregrini omnes in propria Parochia, niſi alibi ſepulturam elegerint, quod ante tumulationem nobis conſtare debet, ſepeliantur, cumque in alienis Eccleſijs ſepeliri contigerit, funeralium parte ſacramentorum Miniſter haud priuatus exiſtat, & iuxta locorum conſuetudinem, vel vt per nos decretum fuerit, particeps fiat; & ſi aliqua domus plurium Parochialium iuriſdictioni ſubiacere videatur, cui maior ianua eſt propinquior, vel cui Epiſcopus demandauerit, abſque controuerſia adiudicetur.

Cap. 1. de Vapul. ſiu. V. ſepult n 8

In aſſociando funere, exequijſque perſoluendis, Clerici omnes Sacerdoteſuè honeſto ſuperpelliceo, ac bireto, excepto tempore pluuiæ, quo ſuper biretum pileum, ſuper cottam clamidem adhibere permittimus, ſemper ac infallibiliter vtantur; Adeoquè cum mortui cadauer ad Eccleſiam efferendum ſit, Clerus, qui vocabitur, prius, in aliquam Eccleſiam conueniat, vt præeunte Cruce, bini, & bini ad locum defuncti incedant, funuſque deuotè, modeſtè, ac pſallentes ad tumuli locum ducant, à quo diſcedere nemini ſit permiſſum, donec iuxta Ritualis Romani præſcriptum omnia perſoluta fuerint, ſub pœna noſtro arbitrio.

Nouas edificare ſepolturas abſque noſtra in ſcriptis licentia omnibus cuiuſcumque gradus & conditionis hac noſtra Conſtitutione interdicimus ſub excommunicationis pœna & Rectoribus Eccleſiarum annuentibus ſub pœna ducatorũ decem, & cui cõſtruere per Nos licuerit, oſtiolũ aptè, & cõpreſsè operiri curet, ne fœtor, maluſq; odor aliquo modo exire queat; audeat, tamen nemo, eas ſub aliquo Altare effodere, imò poſitas hoc decreto terrâ impleri, obturariq; præcipimus infra Mēſē ſub pœna excõmunicationis, vel ducatorũ vigintiquinq; reſpectiuè, & oſſa ſi quæ ſint, in proximũ locũ adminus extra pratulũ ab altari transferri. Et vbi Cemeteriorum vſus reperitur, ea ita muro, aliaue firma materia ſæpiantur, vt beſtijs ingreſſus nullatenus pateat, ideo in medio Crux ſemper erecta exiſtat, munda cuſtodiantur, Vites, Ar-

bores

bores frugiferæ, ſtirpeſque omninò euellantur, & ligna, vel cæmenta, vel lapides, aliudue ſimile, quod ſanctitati, vel honeſtati repugnet, nullo modo reponantur, ac collocentur ſub pœnis nobis arbitrarijs.

Sanè cum Epiſcopi tamquam Paſtores, & Patres pro gregis filiorumque in Chriſto ſalute, diù noctuque inuigilent, par eſt, vt eorumdem Epiſcoporum adueniente morte, ne dormientes quieſcant oues; hinc vt ſe gratas præbeant, admonemus omnes in Domino, obſecramuſque, vt poſtquam de Epiſcopi obitu certiores facti erunt Sacerdotes omnes Miſſam pro anima eiuſdem, officiumque defunctorum in communi recitent, Diaconi, Subdiaconi, alijque Clerici tres nocturnos cum laudibus pariter ſoluant, laici tandem in aliud pietatis opus, iuxta ſingulorum captum ſe exerceant, & in hac re partes Parochorum erunt inter Miſſarum ſolemnia, vel Populo adſtante eos ſibi concreditos ad huiuſmodi Charitatis, ac conuenientiæ officium ſuadere.

Clem. I. de ſepult. c. ſanè 24. q. 2. gl. cap. lit. de reſt. ſpol. Extrau. Martin. V. in c. cum euitanda Nauar. in man. 27. nu. 35. & alij.

Paruuli non tantum iuxta cæremonias in Rituali Romano præſcriptas, ſi cum baptiſmo decedant, in Eccleſiam aſportentur, verum in ſepoltura ab adultorum cadaueribus diſtincta (ſi commodè haberi poſſit) collocentur ſub pœnis noſtro arbitrio. Sicuti ne Presbyterorum, vel Clericorum cadauera cum laicis admiſceantur, volumus, in qualibet Parochiali, vel maiori eccleſia diſtinctum tumulum, propriamque ſepulturam haberi; & ſi ad præſens minimè adſit, infra ſex menſes conſtruatur ſacerdotum, & Clericorum expenſis ſub pœna quoque arbitrio noſtro.

Cap. 1. ex Cap 5 qui de ſent excom in 6o. detormeam. etiam prouocati,

Ex Sacrorum Canonum præcepto ab Eccleſiaſtica ſepultura arceantur publicè excommunicati, & denunciati: Notorij Clericorum percuſſores etiam nulla facta denunciatione: Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, dum viuerent: Qui ex hac vita in duello migrarunt: Vſurarij manifeſti, niſi alienum reſtituerint, vel reſtitui ante obitum reliquerint: Qui nullo dato contritionis ſigno cum peccato graui publico, & manifeſto vltimum clauſere diem; Qui ſe ipſos non vi morbi, aut inſaniæ, at ex induſtria occiderunt; & tandem qui eo anno Sacramentalem Confeſſionem non emiſerint, & Paſchali tempore Sacratiſſimo corporis Chriſti cibo haud fuerint refecti; Nos ergo omnes non tantum volumus Eccleſiaſtica ſepultura carere, at eorum corpora ita abſint ab Eccleſiarum finibus, vt Sacerdotum, ac Clericorum pſallentium voces nullatenus percipi queant ſub pœnis in ſacris Canonibus indictis, alijſque noſtro arbitrio.

Cap. quia de Vſuris cap. quamquam eod. tit. in 6. clem. 1. de ſepul non cap æſtimemus c pro obeuntibus 13. q 2 gl. fin expreſſe de ſepult. Cap omnis de Pænit. Cap in quibus 13 q 2. cap placuit 23. q 5. c. ex pe 2. de ſepult.

Quolibet anno in hac noſtra Cathedrali Eccleſia per Canonicos, alioſque de Clero celebretur anniuerſarium in die, quo Epiſcopus recenter mortuus fuerit pro anima eiuſdem mortui Epiſcopi.

Abb cap ſacris n 3 de ſepult.

TITVLVS XXII.

De Seminario Clericorum.

EX legitimo dumtaxat matrimonio progeniti, qui benè adminus concordantias nouerint, & ſaltem annum duodecimum attigerint, & quorum indoles, ac voluntas, vt in Tridentino præſcribitur, ſpem certam afferant, ſe perpetuò in Dei doctrina, ac Eccleſiæ ſeruitio profecturos in Seminario huius Marſicanæ Diæceſis recipiantur; Ea propter antequam in Alumnorum numero admittantur, coram ſacerdote per nos approbato generalem, ſacramentalemque Confeſſionem perficiant, Parochorum de eorum moribus indubiam fidem exhibeant; habitumque violacei coloris vſque ad talos cum manicis in longum pendentibus, libris, & alijs rebus ad proprium vſum neceſſarijs ſecum deferant.

Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 18

Non diuites, quia tales proprijs ſumptibus ſi admitti præoptauerint alendos præcipimus; at Pauperes, & egeni, non claudi, non corpore defectuoſi, non impedimento aliquo irregularitatis irretiti tantum eligantur; Omnes tamen eadem Clericali tonſura, eodem bireto, eodemque colore veſtis vtantur; diebus omnibus feſtiuis aſſiduè noſtræ Cathedrali Eccleſiæ præſertim ſi Veſperæ, vel Miſſæ Pontificales habeantur, modeſtè, ac diligenter inſeruiant; ſilentio in eodem loco ſacris lectionibus, concionibuſque interſint, & domi, foriſque fraterne ſe ad inuicem diligant, cum Charitas ſit vinculum omnis perfectionis.

Statim atque de mane è lecto ſurrexerint, & antequam ſerotinæ dormitioni ſe tradant, ſingulis vicibus per medietatem horæ mentali, vel vocali orationi humilitate, ac deuotione vacent, cum omne bonum deſurſum ſit deſcendens à Patre luminum, qua in re Rectoris partes erunt, ne aliqui ex Alumnis ſegniores ſe præbeant; bis in menſe, niſi aliud Rectori expedire videbitur, ſacerdoti per nos deputando ſacramentalem Confeſſionem perſoluant; Primaque cuiuſcunque menſis, Dominica, alijſque ſolemnioribus feſtiuitatibus Sacroſancto Chriſti corpore ſe reficiant.

Nullus percurrat dies, quin Miſſæ ſacrificio non interſint, imo ſingulis diebus communiter Beatiſſimæ Virginis officium recitent, in ſacris cæremoniis, & ritibus, quam ſæpiſſimè ſe exerceant, noſtraſque conſtitutiones pro Alumnorum educatione promulgatas ad vnguem ſeruent, ac ſingulis menſibus ad minus legant, vt ſæpius repetitæ, firmius in eorum mentibus imprimantur, onerantes in hoc Re-

ctorum conſcientias, vt quæ in eis continentur debitæ executioni demandentur.

Et ne in hoc tam pietatis opere aliquid detrimenti patiatur, vtque huius perneceſſarij loci Pij profectus de die in diem magis, magiſque augeatur, volumus, & hac conſtitutione præcipimus Adminiſtratores, quolibet anno rationem adminiſtrationis reddere, cum hoc pariter in Tridentino Concilio ſtrictè decernatur. Seſs 22. c 9.

TITVLVS XXIII.

De Obſeruantia Ieiunij.

IEiunia, quæ Apoſtolorum tempore animabus, corporibuſque medendis ſalubriter ſunt inſtituta, qua decet Religionē vt ad Dei miſericordiam nobis facilius præſtetur acceſſus, ab omnibus (exceptis ijs, quos ineuitabilis neceſſitas, vel immatura, vel imbecilla ætas, vel morbi vis, aliaue legitima cauſa à ieiunij lege eximit) inuiolabiliter ſeruanda præcipimus, nec cuiquam ieiunij die, quam vnicam comeſtionem, & hanc circa meridiem, fas ſit habere, vt ritè iuxta Eccleſiæ conſuetudinem perſoluatur, quamuis parua refectio, quæ ſex vncias non excedat, veſpertinis horis minimè interdicatur.

Inter Miſſarum ſolemnia, vel populo adſtante diebus Dominicis, Populum ſibi commiſſum de ieiunijs in hebdomada currentibus, non tantum Parochi monere debent, verum Veſpere ante ieiunium circa mediam noctis horam Campana maiori S. Berardi in hac Ciuitate, & Eccleſiarum Parochialium in alijs locis certum ſignum dari curent, ne ignorantia fractionis ieiunij in rudioribus, vel abſentibus cauſa exiſtat. Imò quiſque ex curam animarum habentibus eundem Populum præmonere non deſinat, parum prodeſſe hominibus ſe à cibo corporali abſtinere, ſi animus à vitijs omnibus haud ſit ieiunus; docente Leonis præconio, quod non fructuosè corpori eſca ſubtrahitur, niſi mens ab iniquitate reuocetur, adeòque ieiuniorum tempore non dumtaxat corporali abſtinentiæ, at orationibus, diuinis officijs, frequentationi Sacramentorum, & præſertim pænitentiæ, alijſue pijs operibus vacandum eſt, vt ſuſcepta ieiunia nobis proſint, & diuinæ ſint placita pietati. Ser. 4. de Quadrag & D Aug tract 17 in Ioannem.

Toto Quadrageſimali tempore (exceptis Dominicis diebus) in quatuor anni Temporibus, in omnibus vigiliis Pentecoſtes, Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorum Apoſtolorum (exceptis Philippi, Iacobi, & Ioannis Euangeliſtæ) omnium Sanctorum, Cap ſtatuimus cũ duob ſequent 76. d c. ſolent. cap quadr. cap ieiu. ex conſecr d 5.

Cap. Ieiunium cum pluribus ſequent. 76.

Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Natalis S. Io: Baptiſtæ, & Sancti Laurentii deuotè ieiunia ſeruentur, quorum feſtiuitates ſi feria ſecunda celebrari contigerint ex Innocentii III. conſtitutione in præcedenti Sabbato ieiunium habeatur. Et quamuis Quadrageſimalibus Dominicis ieiunii lege nemo obſtrictus permaneat, tamen cuique ab eſu carnium, lacticiniorum, & ouorum abſtinendum eſt, ſicut in omnibus aliis anni Vigiliis hic enumeratis, tantumque eorum vſum ægrotantibus permittimus, habita prius Medicorum, & Parochorum licentia, quorum in hac parte omninò conſcientias oneramus.

In nulla ex ſextis feriis, & in nullo ex Sabbatis totius anni carnes ſumantur in cibum, dummodò per ægritudinem non liceat, excepta feſtiuitate Natiuitatis Domini noſtri Seruatoris, in qua etiã feria ſexta vel Sabbato ex Honorii III. Conſtit. vſus carnium, & lacticiniorum permittitur, non tamen iis, qui voto, aliaue obſeruantia Regulari obſtricti reperiuntur.

Obſeruetur circa ieiunium Quadrageſimale quod per noſtrũ ædictum generale ſtatutum eſt, idemque ædictum per Parochum, vel per alium in qualibet Dominica in Quinquageſima publicetur inter Miſſarum ſolemnia, & copia affigatur ad valuas Eccleſiarum Parochialium.

TITVLVS XXIV.

De Miſſæ Sacrificio.

OB micantem ſplendorem, quod in Sanctiſſimo Miſsæ ſacrificio conficitur hyerarchici Ordinis Beatæ Intelligentiæ liberè non audent intueri, teſte Chryſoſtomo, neque cumulatiùs Cæleſtium bonorum dona ſentimus, quam in eodem Sacrificio Paſſionis Chriſti ſaluberrimam recolendo memoriam, ex quo quanta veneratione, diligentia, ac deuotione Sacerdotibus in eius tractatione vtendum ſit, facilè depromi queit, quantaque ſcientia iiſdem pernecesſaria ſit, ex Oſea deducitur aiente. Quia tu ſcentiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi, Memores ergo propriæ Regalis dignitatis, & quomodo in ſacris paginis Diis comparentur, ſint Sacerdotes, quaue ratione acriter à Deo ſint pœnas recepturi ſi virtutum, ac ſanctitatis exempla in ſe ipſis minimè teneant; Propterea ſacrum peracturi, non dumtaxat decenti habitu talari, & maxime conſcientiæ candore pro digne ſuo munere obeundo accedant, Miſsamque non curſim, non ſubmiſsa, at clara, ac intelligibili voce, diſtinctè, deuo-

tè, ac ſtudioſè ad ſpectatorum ædificationem pro viribus omninò recitent.

Hinc Venerabilem Sacerdotij ordinem ſuſcepturi per aliquot antea Menſes Sacrificij cæremonijs, Periti etiam auxilio diligenter ſtudeant, coramque noſtro Cęremoniarum Magiſtro, qui fidem habilitatis faciet, ſe præſentent, vt eius mediante teſtimonio, faciliùs per nos ad tantum promoueantur dignitatem, præmotique minimè ſacrificium perficere præſumant, niſi per noſtram in ſcriptis licentiam ijſdem licuerit, Et cum primam Miſſam celebrauerint eleemoſynarum exactiones facere non audeant, tantumque quod in Altari poſt offertorium ſpontè datur recipiant, permittimus, & in huiuſmodi oblationibus non patenam, aut manipulum, ſed ſacras imagines deoſculandas præbeant, ſub pœnis noſtro arbitrio.

Conc Trid. ſeſſ 22 in decret. de obſer in miſſ. circa med.

Sacrum perficiente Epiſcopo, nemini eodem tempore, imò in eodem altari eadem die abſque noſtra licentia celebrare permittimus ſub pœna arbitraria; At omnes de Clero noſtræ Ciuitatis, Nobis celebrantibus, actuſque Pontificales ſolemniter exercentibus, cum ſuperpelliceis habitu talari, ac tonſura aſſiſtere debent, noſque ex aula Palatij vt hactenus laudabilitèr obſeruatum eſt, ad Eccleſiam progredientes vna cum Canonicis comitari, prout etiam in nouo Cæremoniali diſponitur, ſub pœnis arbitrariis, præſertim contra eos, qui pluries ab obſeruantia huius decreti defecerint.

Cap. final. de conſecr. d 2 S Caroli prima parte hoc tit c: 35. & alibi.

Auctoritate nobis facta per Sacrum Tridentinum Concilium onera Miſſarum ad huius Diœceſis honeſtam conſuetudinem hoc decreto reducere intendimus, itaut pro qualibet Miſſa adminus Sacerdos carolenum vnum ſuſcipiat, & pro perpetuis oneribus infuturum ſuſcipiendis, nobis inconſultis, inſtrumenta conficere non audeant; vel Parochi, vel Eccleſiarum Capitula ſub nullitatis pœna, alijſque noſtro arbitrio vltra eas contentas in decreto fel.rec. Vrb. VIII. de celebrat. Miſſarum.

Seſſ 25.c.4.

Sacerdotalibus indutus nemo ex Sacerdotibus ad altare quempiã expectare audeat, Miſſamque inceptam pro quauis occaſione repetere, vel ante auroram, vel poſt meridiem ſacrum perficere, niſi in caſibus à iure permiſſis; At pro Populi commoditate, vel ob reuerentiam alicuiùs Perſonæ in dignitatè conſtitutæ, in Sacriſtia, vel alio remoto loco ſiſtere non prohibemus.

Vbi tantum vnicus Sacerdos adeſt, diebus ſaltem feſtiuis Miſſa pro Populi commoditate celebretur, at vbi plures reperiuntur, debitis temporis interuallis diſtribuantur, itaut vna circa ortum ſolis, poſtrema quo tardiùs fieri poteſt, perſoluatur; Neque eodem tempore quantum fieri poteſt, plures, vel in duobus altaribus e regione poſitis perſoluantur, ne audientes vni celebranti terga vertere teneantur. Nec

ſa-

ſacerdos Calicem abſtergere, vel plicare Corporale inter legendum vltimum Euangelium, nec alicui, Nobis exceptis ex altare, abſoluto ſacrificio, reuerentiam facere audeat, ſub pœnis noſtro arbitrio imponendis.

Decreta noſtri Prædeceſſoris confirmantes, volumus, ne in Eccleſiis nuper extructis, vel in poſterum extruendis Miſſæ celebrentur abſque noſtra in ſcriptis licentia, neque diebus duplicibus, vel in hebdomada Sancta defunctorum Miſſæ, niſi eſſet depoſitionis dies perficiantur, imò in hebdomada ſancta, à Die Cænæ Domini vſque ad Paſcha incluſiuè nullatenus celebrentur, qui contrafecerint incurrent pœnam ducatorum viginti. Et ſub eadem pęna Collopodiorum vſum dum ſacrum perficitur, vel diuinis aſſiſtitur omninò interdicimus; tum Canonicis, tum alijs de clero, cum valdè indecorum ſit, talibus vti in Sacro miniſterio.

Præterea mandamus, nempè quod cum per nos Miſſæ ſolemni aſſiſtentia præſtatur, ad Kirieeleiſon, Gloria in excelſis Deo, Credo, Sanctus, ac Agnus Dei, omnes Canonici bini, & bini ordine ſeruato ad noſtram ſedem accedent, ibique circulariter diſpoſiti nobiſcum ſupradicta pronuncient, quibus completis vnuſquiſque ad ſua loca reuertetur. Cerimoniale Epiſc cap.

In qualibet Eccleſia vbi Miſſarum onus reperitur, ſpecialis habeatur liber, in quo officiorum anniuerſariorum, aliarumque ſatisfactionum perſolutiones deſcribantur iuxta benefactorum legata, & diſpoſitiones, quorum tabella publica in ſacriſtia appenſa teneatur, ne eorumdem mens aliquo modo fraudetur, ſub pęnis arbitrarijs. In Miſſa autem quacunque tantum tres, vel ad ſummum quinque orationes ſeù collectæ habeantur, nec aliæ quam præſcriptæ ab Eccleſia, niſi aliud eiuſdem Eccleſiæ inſtitutum expoſtulet, vel mandet, præſertim quoad numerum collectarum.

Memores tamen ſint tum Noſtræ Cathedralis, tum Collegiatarum hebdomadarii non poſſe Miſsam Conuentualem, quam quolibet die celebrare tenentur, alijs quam benefactoribus in communi Eccleſiæ applicare, adeoque per alios Sacerdotes ſunt peculiaria perſoluenda onera.

In Ruralibus Eccleſiis, quæ clauſæ non extant, vel conuenientia altaria erecta non exiſtunt, ſeu debitis non ſunt requiſitis prouiſa, nemini ſub ſuſpenſionis pęna ipſo facto fas ſit celebrare, niſi præciſa noſtrā, vel Vicarij noſtri Generalis licentia, & priùs prouideantur, vel reparentur.

Seſſ 23 cap. 14. Tridentini Decreta cuique nota eſse percupimus, Parochos omnes ter adminus in hebdomada, omnibuſque diebus feſtiuis, niſi iure impediantur, vel alio legitimo detineantur impedimento, ad

ad celebrandum teneri; Alios verò Sacerdotes ſaltem diebus Dominicis; In ſacris conſtitutos bis in menſe Euchariſtiam ſumere; In minoribus verò primis Dominicis cuiuſcumque Menſis. Qua in re volumus, & mandamus, vt qui Eccleſiis præſunt, quarto quoque menſe nobis fidem exhibeant, an hæc omnia obſeruentur, nec iidem Parochi Populū frequenter monere omittant, omnes flexis ambobus genibus, nec altaribus innixos debere Miſsam audire, at reuerentia, & deuotione, ſicut decet bonos Chriſti fideles.

Nauar. in Man. cap. 5 Graff & Iac Conc. add. cap. 14.

Volumus etiam omnibus diebus feſtiuis Miſsam ſolemnem celebrari in Eccleſiis Collegiatis, & Cathedrali poſt Tertiam, exceptis illis diebus in Quadrageſima, vel Aduentu Domini, vt ſtatutum eſt.

Miſsas de Requiem, ſeù pro Defunctis, tam ex diſpoſitione Teſtatorum, ſiuè ex ſola fidelium deuotione, quam pro Altaribus perpetuo, vel ad tempus pro fidelium animabus priuilegio decoratis, non poſse à quolibet Sacerdote celebrari in duplicibus, & incidentes in Feſtum Duplex non transferantur, ſed dicantur de Feſto currenti cum applicatione ſacrificii iuxta mentem Benefactorum. Vt ex Decretis Apoſtolicis.

Ex decreto pro viſitat. Eccleſ Vrbis ſub die 5. Augusti 1662. & ex Bullis Alex. VII. ſub die 12. Ianuar. 1667. ac Clē IX. die 23. Septembris 1669.

TITVLVS XXV.

De Vita, & honeſtate Clericorum.

AD honeſtam viuendi formam, ad pietatem, & cultum mirificè excitantur Populi, ſi vitæ Sanctitas, & bonorum operum exemplum eorum, qui ſe Diuino miniſterio dedicarunt, cæteros præeant; quoniam in altiorem cum conſpiciantur locum, in eos tamquam in lucernam ſupra Montem poſitam reliqui ſuos oculos coniiciunt. Hinc Cætus Eccleſiaſtici omnes in ſortem Domini vocatos omninò decet vitam, moreſque componere, itaut habitu, geſtu, ſermone, ac doctrina omnes antecedant, memores nil maioris detrimenti in Eccleſia Catholica eſse, nil tam bonos mores euellere, vitia enutrire, charitatem deſtruere quàm prauam Clericorum vitam, adeòque etiam leuiora delicta in ipſis à Deo, aliquandò tamquam grauiora puniri; Eorum ergo lux coram hominibus vbique locorum colluceat, vt videantur opera bona, & per ipſos Deus, qui in Cælis eſt, ſemper glorificetur.

Quapropter Sacerdotes omnes, & cæteri conſtituti in ſacris, dum Sacra peragunt, dumtaxat talaribus vtantur veſtibus, iuxta Sixti V. Conſt.

Quæ incipit cum ſacroſanctum de anno 1589.

Conſt. Cæteri verò in minoribus conſtituti, ita habitum geſtent, vt ad medietatem tibiarum ſaltem pertingat ſub pęna ſuſpenſionis à diuinis, aliiſque pœnis noſtro arbitrio, & Sacriſtæ, qui huiuſmodi Sacerdotes abſque talari veſte ad celebrandum admittent,incurrent pęnam decem carolenorũ piis &c.excipiuntur tamen iter agẽtes,vel extra locorum ambitum in Eccleſiis celebrantes,quibus celebrare permittimus cũ habitu,quo iter agere ſolent, qui tantæ longitudinis eſse debet,vt pariter ſaltem ad medietatẽ tibiarũ pertingere debeat. Vnde cauere debent ne breuiores veſtes, vel in quatuor partes diuiſas aliquo modo geſtent, neque manicas, niſi nigri coloris, vel in medio apertas aptent ſub pęna ducatorum decem piis &c.

Capillorum ſuperfluitatibus Clerici cuiuſcumque ordinis, gradus, vel conditionis omninò careant,adeoque comam haud nutriant,frontem capillatam minimè geſtent, aures ſaltem in parte anteriori appareant, & in occipite, vix ad collare capilli pertingant ſub pęna ducatorum quoque decem. Nemini tamen fas ſit ſine Clericali corona incedere, quæ in ſacris conſtitutis debet eſse magnitudinis ſaltem vnius pauli, in minoribus medii pauli, nec abſque collare, quod ſimplex modeſtum, non nimis longum, ac ſine globulis ante pectus erit. Neque manubriolis VulgoManichetti,ſericis noſtris vllo pacto vtantur ſub pęna ducatorum trium.

Annuloſque aureos in digitos nemo adhibeat, & ii, quibus de iure ſunt permiſſi, dum Miſsæ ſacrificium perſoluunt, tum priuatè,tum ſolemnitèr, omninò deponant, ſub pęna ammiſſionis annuli, aliiſue noſtro arbitrio.

Maximè congruum eſset, vt diuino cultui deuotiùs ſtudeant, Clericos à quouis ludo ſe abſtinere, attamen recreationis gratia, dummodò modeſtè, & abſque ſcandalo fiat, licitos, ſeù non vetitos benignè indulgemus, & ne quod honeſtæ recreationi condonatur in luxum, aut in vitium vertatur, hinc talorum & alearum ludum interdicimus ſub pęna ducatorum decem, ſed ſi hoc acciderit cum ſcandalo, vel loco publico ſeù apothecis, conſimilibuſque etiam pęnam excõmunicationis addimus, ipſo iure nobis reſeruatæ.

Turpe eſt Eccleſiaſticas Perſonas Comœdias recitare, turpiùs laruatas ſeù perſonatas incedere, turpiſſimum cum mulieribus ſaltare, choreizzare, eaſue manibus circumducere;ea propter ſtrictiſſimè ſancimus, ne vmquam Clerici cuiuſcumque gradus, ætatis, vel conditionis perſonati, vel vt vulgo dicitur maſcherati incedere audeant, turpes comœdias agant,vel choreas ſiuè publicas, ſiuè priuatas ducant, vel in propriis domibus permittant, ſub pęna ducatorum viginti quinque, aliiſue noſtro arbitrio.

Et quoniam Clericorum arma, teſte Apoſtolo, eſse debent lacri-

mæ, piæque orationes, meritò omnibus tum defenſiua, tum offenſiua deferre prohibemus, ſolumque cultros paruos ad incidendum panem, quorum longitudo palmum non excedat, permitrimus ſub pęna ducatorum decem,& amiſſionis armorum. Et ſi extra Ciuitatem, vel extra proprias domos in locis ſuſpectis eis iter ſit faciendum, aliquibus armis vti præoptauerint, licentiam à nobis, vel à noſtro Vicario Generali in ſcriptis obtineant, qui contrafecerit eamdem incurret pęnam.

2. Cor. cap. 10. cap. 1. de vita, & ho. Cler.

Et vt Sacri Concilii Tridentini decretum, cuique ſit notum, & ab omnibus, vt par eſt, ſeruetur, quibuſcumque in Sacris conſtitutis diſceſſum à propria Diæceſi, Epiſcopo inconſulto, vel eo abſente, abſque Vicarii Generalis licentia interdicimus, niſi infra tres, vel quatuor dies ad ſummum ſe nouerint reuerſuros, & ſi inopinatè aliqua neceſſitas diſcedendi vrgeat, de huiuſmodi inprouiſo receſſu, vel per ſe, vel per alios, vel per epiſtolas certiores nos reddere non ommittant; & ſi per longũ tempus de noſtra licentia abſfuerint, per ſe ipſos cum reuerſi fuerint ſi ſint de noſtra Ciuitate, vel per epiſtolam ſi extra Ciuitatem commorentur, ſignificare teneantur, aliàs pęnis arbitrio noſtro punientur.

Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1.

Dei cuique miniſtro dedecori ſemper fuit, & erit negotiis ſæcularium ſe implicare, adeòque Clericis omnibus hoc decreto inhibetur ne mercaturas, & illicitas negotiationes exerceant, aliena prædia ducant, vinum, frumentum, aliaque ſegetum genera emant, vt cariùs vendant, nundinas frequentent, proxenetę officio fungantur, vel ad officium Procuratoris, vel Aduocati incumbant, niſi in cauſa propria vel Eccleſiæ, vel Clericorum, vel perſonarum miſerabilium in Tribunali laicorum, & tunc de noſtra licentia, nec ex omni in foro ſæculari ſe ſubiiciat abſque noſtra facultate aliàs contra eos procedemus pænis ſtatutis ab Honorio *III.* in Conſt. quæ incipit: Ex litteris aliiſque noſtro arbitrio, & etiam pecuniarijs, vel carceris.

Cap. 1. ne Clericor. vel Monachor. Conc. Calced. can. 3. Conc. Arelat. 2 c 14. Conc. Cartag. 4. c n. 48 Rom. ſing. 7:2. incip. Proxeneta. Conc Later ſub Alex. III c. 12 & c. 1. nel Cler. vel Monach. c. ex litteris de vita, & honeſt. Cler

Conſequenter in Mercenariorum opere nullatenùs ſe immiſceant, vel publicè deferendo ligones, bidentes, aliudue inſtrumentum ſtatui Clericorum indecorum; vel iumenta onerata agendo, vel terram ad inſtar laicorum fodiendo, vel oues, aliauè animalia ex officio paſcendo, hæc enim omnia conditioni eorum omninò repugnant.

Cap Cler ve ab indignis 14. q. 4. Cap conſequens 88.

Et quoniam ex ebrietatis vitio innumera ſcatere queunt mala, omnes hortamur in Domino ne conuiuijs ſæcularium interſint, tabernas, niſi cauſa itineris petant, alioſue ad bibendum immoderatè incitent, vel vna cum mulieribus (exceptis conſanguineis in primo, & ſecundò gradu) ſedeant in menſa, cum certum ſit, quod amans periculum, peribit in illo; qui contrafecerit ſubiacere ſciat pænæ ducatorum trium pijs &c. & carceris noſtro arbitrio.

Clem. VII. de vit & ho. Cler. V. ſol. Eul 3 cap. Ep. ſ. 35 diſ. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c 1. Id. Conc. ſeſſ 24 cap. 12. S. Car: ſyn. 4: dec. 23.

Omni-

Omnibus tum Sacerdotibus, tum Clericis domi, vel extra retinere mulieres tamquàm ancillas, vel alio titulo, de quibus poſſit haberi ſuſpicio, expreſsè interdicimus, vel cum illis habere conſuetudinem omninò prohibemus, niſi ſaltem annum quinquageſimum excedat, contra inobedientes, & pœnis à Sacro Conc. Trid. ſtatutis procedemus; Volentes huiuſmodi Decretum vim trinæ monitionis habere, adeòque tantum cum conſanguineis in primo, ſecundo, & tertio gradu cohabitare permittimus, & ſi aliqua neceſſitas vrgeret, pro altera in remotiori gradu nos, vel noſtrum Vicarium Generalem certiores reddere curent, aliàs ab ipſis pœnam quoq; ducatorum viginti quinque ſubſtinendam, ſciant, & ſi perſeuerauerint pœnam etiam Carceris.

Seſſ. 21. c. 14. Tolet lib. 1. cap. 47.

TITVLVS XXVI.

De Cultu Sanctarum Reliquiarum, Sacrarumque Imaginum.

VT Sanctorum, Beatorumque Reliquiæ debito minimè honore priuentur, Populoque nomina eorum, quorumque loco, nempè vel in Altari, vel in Vaſculis decentibus exiſtant, certo innoteſcant, mandamus non tantum tabellam eorumdem nominum in publico loco appendi, vt à quolibet legi queant, Verum in ſolemnioribus feſtiuitatibus, nec non in particularibus eorumdem Sanctorum ad maiorem venerationem pio ſermone eadem nomina, & etiã ſi libet, per Parochos inſigniora miracula denunciari,

Dummodò Sanctorum reliquiæ certæ ſint, & approbatæ, honeſtis in locis à Sacro Euchariſtiæ tabernaculo ſeparatis, cum clauibus benè firmis diligenter condantur, nec de vno ad alium ſine noſtra licentia transferantur locum, exceptis feſtiuitatibus præfatis in quibus intra vaſcula, & ſuper altare exponi permittimus, Et cum Populo venerandæ oſtenduntur, id fiat à dignioribus Eccleſiarum, vel ab altero de eorum licentia cum ſuperpelliceo ſaltem, ſtola, ac luminaribus accenſis, thurificatione, & oratione eorumdem Sanctorum adiectis. Thurificatio fiat à Sacerdote, tùm quando exponuntur, tùm quando reconduntur; Orationes ſint Hymni vel de Apoſtolis, vel de Martyribus, vel de Confeſſoribus, vel de Virginibus, prout ſunt Sancti, vel Sanctorum Reliquiæ; & luminaria, dum ſuper Altare expoſitæ manent ſint ad minus quatuor,

Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. 6. Cartag. 5. cap. 14. Trid. ſeſſ. 25. tit. de Reliq. & Ven. Sanctorum.

A lai-

A laicis nunquam ſub quouis prætextu tractentur, aut tangantur, & cum illæ per manus Sacerdotum oſculandæ porriguntur, ſemper intra Vaſcula, vel loculos omninò ſeruentur, ſub pænis noſtro arbitrio. Omnium Reliquiarum tùm certarum, tùm incertarum nominum fidele fiat Inuentarium, & infrà duos menſes à publicatione huius Decreti ad Archiuium noſtrum deferatur ſub pæna arbitraria. De cætero ſeruentur omnia, quæ fuerant à noſtro Prædeceſſore ſtatuta.

Sanctorum, Beatorumque Imagines ità in Eccleſiijs, alijſue Pijs locis pingantur, vt in ijs nihil profani, nihilque, quod ſordidum, vel inhoneſtum ſonet, appareat, ſub pæna ducatorum ſex alijſue noſtro arbitrio. Imagineſque ex nimia vetuſtate conſumptæ, vel ex altera cauſa deformatæ, vel inſtaurentur Dominorum, vel aliorum ad quos ſpectat, ſumptibus, vel omninò deleantur ſub pæna pariter nobis arbitraria. Et in locis pedibus calcari ſolitis, minimè pingantur, ſub ijsdem pænis.

TITVLVS XXVII.

De Piorum locorum adminiſtratione.

AVaritiæ, & Contumaciæ crimina paupertate, & demiſſione peccatorum, ſapienter à ſummo rerum Arbitro caſtigata ſæpeſæpius videntur: Vnde huiuſmodi mala radicitùs, vt euellantur, indemnitatique Eccleſiarum in quantum poſſumus prouidere poſsimus, Rectoribus omnibus, Piorumque locorum adminiſtratoribus, ſtrictè præcipimus, vt intrà duorũ Menſiũ ſpatiũ à publicatione præſentis Synodi vſurpationes, & alienationes, vel occupationes à quouis quomodolibet factas abſque licentia Summi Pontificis bonorum Eccleſiaſticorum, tùm mobilium, tùm immobilium, tùm Cenſuum, tùm redditm denunciare teneantur ſub excommunicationis pæna, alijſue noſtro arbitrio; in quam pænam excommunicationis ipſo facto ſciant iam incurriſſe non tantum bonorum Eccleſiaſticorum detentores, verum Arborum fructiferarum inciſores, vt ex Bulla Cænæ Domini, & ex Concilio Tridentino clariſſimè conſtat; Adeòque diligentèr aduertant tùm præfati adminiſtratores, tùm Beneficiati, ne incidant, vel incidi faciant, & permittant, niſi arborum eſſet nimia denſitas, quæ augmentum fructuum certò impediret, & tunc de noſtra vel noſtri Vicarij Generalis in ſcriptis expreſſa licentia, vel niſi eſſet ſylua cædua ſolita ad recidendum,

Ex Paulo IV. in Cōſt. incipit Iniunctum de anno 1555.

In Bulla Cænæ Domini excommunic. 17. Conc. Trid. ſeſ. 22. c. 11.

Summ. Bull. Verbo alienatio. §. hanc Regulam n 33.

qui contra fecerit præter pœnas ſtatutas à Iure, alias luet etiam noſtro arbitrio.

Adminiſtratoribus omnibus pro tempore exiſtentibus, ſiuè ſint Clerici ſiuè ſint laici ſub quouis prætextu, aut quęſito colore quicquam vendere permutare, aut alienare nullatenus liceat, niſi prius à nobis in caſibus permiſſis, vel à Sancta Sede Apoſtolica debitam obtinuerint licentiam. Imò in eodem officio haud confirmentur, ſi iuxtà extrauagan. ambitiosè integrè non ſatisfecerint ſub pœnis arbitrarijs vltra contentas in dictis Conſtitutionibus; Quarè quiſque ex pijs locis, vel ſit Societas, vel Confraternitas, vel quocunque nuncupatur nomine, debitis ſit prouiſus libris, vt tùm ea quæ ad eius fauorem pertractantur, tùm legata, tùm onera, tùm incerti introitus, tùm certi, tùm eleemoſynæ fideliter adnotentur, vt quæcunque arceatur ſuſpicio; Et ſi Adminiſtratores, vel Procuratores ſegniores in hac parte fuerint, ſubiaceant pœnis ducatorum viginti.

Iul. Clar. §. empliteo. q. 45. in princ. Bost. decif. 171. nu 2.

Vt que fraudes omnes penitùs aboleantur ſingulis Coloniſ Poſſeſſionum, ſeù terrarum quorumcunque locorum piorum nobis ſubiectorum hoc Decreto expreſsè mandamus, ne in futurum per ſe, vel per alios frumenta, ordea, fabas, aliaſue generis huiuſmodi triturare, fructus ex Arboribus colligere, vuas incidere, vel in torcularibus premere aliquo modo præſumant, niſi prius adminiſtratoribus iiſdem, vel Procuratoribus eorundem bonorum Eccleſiaſticorum vel per ſe, vel per alios id notum fecerint, & ab eis licentiā, vel aſsiſtentiam obtinuerint, ſub Excommunicationis pœna, alijſue noſtro arbitrio.

Prax. Archiep Neapol. c 80 de fructibus nō colligendis.

Conſequenter ad huiuſmodi fraudis quæcunque ſuſpicionem auferendam nemini ex prędictis adminiſtratoribus ad cuiuſuis temporis ſpatium Propinquis, & conſanguineis intrà ſecundum, tertium gradum talia locorum Piorum bona locare liceat, niſi euidens, & magna Eccleſiæ vtilitas, tantùm per nos, vel noſtrum Vicarium Generalem recognoſcenda, aliud poſtulauerit, & ſi ſecus fiat, locatio declarabitur nulla, & locator noſtro arbitrio ſubiacebit pœnis. Vnde vt ſalubriori modo huiuſmodi locationes fiant, etiam ad breuiſsimum tempus, vel Publica ædicta in conſuetis locis affigantur, vel candela accendatur, & plus in fauorem Eccleſiarum offerenti debitis cautelis, & ſcripturis liberetur, iuxtà Sacrorum Canonum præſcriptum. Aliter per nos, vel declarabitur locatio nulla, vel ſaltem tamquàm ſuſpecta habebitur.

S Carolus. Syn. Diœc. 3. dec. 4. & Syn. 4 decif. 47.

Infra duos Menſes à publicatione huius Decreti Adminiſtratores omnes eorumdem locorumpiorum Inuentarium in Publica forma omnium bonorum, tùm mobilium, tùm immobilium nobis mittere teneantur, ad hoc, vt perpetuò in noſtro ſeruetur Archiuio, vt

etiam

etiam Sixtus V. mandauit, alias ſubiaceant pœnis ducatorum decem, alijſue noſtro arbitrio.

Sixtus V. Conſt. incipit Prouida 8 Ian. 1587.

Quoniam experientia compertum eſt, ex Commeſſationibus tùm publicis, tùm priuatis multa ſuboriri mala, vel ſcandala, hinc eorumdem locorum Piorum impenſis huiuſmodi Conuiuia, vel potationes fieri omninò prohibemus, imò volumus neque impenſis aliorum, in domibus eorumdem locorum Piorum fieri, vel haberi, niſi de noſtra, vel noſtri Vicarij Generalis licentia, ſub pœna ducatorum quindecim eidem loco pio applicandorum. Et Adminiſtratores, qui in hac re inobedientes fuerint in reddenda adminiſtrationis ratione, quicquid in talibus commeſſationibus, vel potationibus impenſum fuerit, de proprio ſoluere teneantur.

Et ne vnquam futuris temporibus de bonis ſtabilibus Eccleſiarum Societatum, Confraternitatum, Cappellarum, aliorumque locorum Piorum aliquid contingat diminui annorum decurſu, vel Miniſtrorum incuria deperdi, & ad hòc, vt præfata bona perpetuò in integro conſeruentur ſtatu; decernimus, & Sancimus per omnes eorumdem bonorum ſtabilium, Beneficiatos Miniſtros, ſeù Adminiſtratores infra biennium fieri Cenſuale, ſeù fidelem menſuram cum expreſſa mentione, tùm quantitatis tùm Confinium, & numeri Arborum frugiferarum, & de huiuſmodi Cenſuale, ſeù Menſura traſmittantur originalia ad noſtrum Archiuium, vt ad perpetuam rei memoriam conſeruentur; Et autentica Copia pænes Canonicos, vel Miniſtros, vel Beneficiatos, ſi bona in particulari poſsideantur, remaneat; ſi verò in communi, vel à gremio Capituli, vel ab alijs de Clero habeantur, huiuſmodi copia reſideat pænes Archiuium Eccleſiarum, ſub pænis noſtro arbitrio infligendis abſque remiſsione.

Nulli dubium eſt, Pietatis Montes, vt Pauperum conſulatur inopiæ, erectos eſſe, propterea non tantum Adminiſtratoribus, & officialibus in Chriſti viſceribus exactam, & fidelem adminiſtrationem, vt par eſt, commendamus; Verum iiſdem ſub excommunicationis pœna ipſo facto, præcipimus ne pecunias eorumdem montium in aliud, quam in pauperum ac locorum prædictorum vſum vllo modo conuertant, neque in proprium vſum, ſub quouis prætextu, vel colore quomodolibet applicent, ſub eadem excommunicationis pœna, niſi etiam eis paupertas premat, & tunc ſolum eam quantitatem ipſis applicare permittimus, quæ alteri pauperi mutuari per nos, vel iuxta formam erectionis tantum permiſſum eſt ſub pœnis nobis arbitrarijs.

Ad miniſtratores prædicti quorumcumque locorum Piorum ſeù ſocietatum, in principio eorum adminiſtrationum præſtent Iuramen-

tum

tum de fideliter ſe gerendo, & adminiſtrando in manibus noſtri Vicarij Generalis in hac reſidentia, & in locis Diœceſis Vicariorum foraneorum, ſeù alterius perſonæ deputatæ, & illud in libris prædictorum locorũ regiſtretur, per quos ſpectat, ſub pœnis noſtro arbitrio.

TITVLVS XXVIII.

De piarum voluntatum executione.

NE piæ fidelium voluntates, aliæue diſpoſitiones ad fauorem animarum in Purgatorio exiſtentium, vel Confraternitatum, Hoſpitalium, ſodalitatum, Eccleſiarum, & Montium vnquam per hominum malitiam, vel Miniſtrorum iniuriam, vllo modo fraudentur, cuique pateat, & ſit notum, Epiſcopum vltimarum voluntatum executorem per Sacros Canones, & per Sacrum Concilium Tridentinum etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatum conſtitutum fore. Qua auctoritate nos freti, volentes omnia ſuum bonum ſortiri finem, Notarijs quibuſcumque, tùm ſæcularibus, ſeu Regiis, tum Apoſtolicis præcipimus, & mandamus ſub excommunicationis pœna, aliiſque pœnis arbitrariis, vt infra Menſem notam fideliter nobis traſmittant de teſtamentis, ſiuè aliis diſpoſitionibus ad pias cauſas quomodocumque factis, ad hoc, vt in bonum earumdem animarum, vel locorum piorum debito per nos tempore conſulatur.

Hinc omnium locorum piorum quocumque nomine nuncupentur Adminiſtratores, non tantum ſingulis annis de earumdem piarum voluntatum adimplemento rationem reddere teneantur, vel coram nobis, vel noſtro Vicario Generali, vel alio per nos deputando, ſed etiam curent in Miſſarum ſatisfactione, per eoſdem Sacerdotes, qui celebrauerint, vel pro Benefactoribus ſatisfecerint, deſcribi in ſpeciali libro conſeruando pœnis eadem loca pia numerum Miſſarum, diem, & locum, vbi celebratæ erunt iuxta piam diſpoſitionem eorumdem Benefactorum.

Et quoniam, vt etiam per noſtrum Prædeceſſorem notatum fuit ſæpeſæpius contingit, maximas adeſſe controuerſias cum Commiſſariis Reu. Fabricæ ſuper adimplementnm earumdem piarum voluntatum, vel cum hæredibus, vel cum aliis intereſſe habentibus, operæ pretium duximus hic adnotare ea, quæ ſuper hanc rem ſancita fuere, tum per Sacram Congregationem Reu. Fabricæ ſub die 25. Septembris 1632. tum per Sanctiſſimum Vrbanum VIII. fel. rec. videlicet

Vrba-

Vrbanus Octauus ad futuram rei memoriam.

NVper pro parte dilecti Oeconomi Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe nobis expoſitum fuit, quod à Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, nec non dilectis filijs Prælatis eidem Fabricæ Præfectis decreta emanarunt, tenoris ſubſequentis, videlicet; In Congregatione Generali Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri habita de more in Palatio Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Decani, die Sabbati 25. Septembris 1632. inter cætera fuiſſe decretum, prout infra, videlicet, Oeconomo Fabricæ petenti prouideri in debitis Commiſſariorum vexationibus, quas partibus, quæ iam legata pia per eas debita adimpleuerunt, illorumque adimplementum oſtendunt, & nihilominus ab eius ſemel, & pluries contra formam ordinationum huius Sacræ Congregationis, & Inſtructionum pecunias extorquent pro imponendis Decretis ſuper viſitatione, & approbatione Quietantiarum, quas illis partes exhibent; Eminentiſſimi Domini prohibuerunt Commiſſarijs nunc, & pro tempore exiſten. nè aliquid à dictis partibus etiam conuentis, & quietantias exhibentibus, aut pro dicta exhibitione, aut Decreto, aut alio quouis prætextu recipiant, quod ſi contrafecerint, illud totum eiſdem partibus reſtituant, & reſtituere compellantur, & præmiſſa ab omnibus, quorum intereſt inuiolabiliter ſeruari mandarunt omni &c. & in alia congregatione Generali habita vbi ſupra die 13. Nouembris eiuſdem anni, inter alia fuit decretum, vt infra videlicet. Eminentiſs. DD. confirmando Decretum in præcedenti Congregatione factum contra Commiſſarios extorquentes pecunias ab his, qui iam legata adimpleuerunt, non ſolum mandarunt Domini compelli ad reſtitutionem illorum, quod à prædictis extorſiſſent, ſed amplius illos eorum officio priuarunt, & priuant, & hac Significari mandarunt etiam Rouigliono, vt tales Commiſſarios prædictis contrafacientes etiam pœna dictæ priuationis punire poſſit omni, &c. In quorum fide, & Datum Romæ in Collegio eiuſdem Fabricæ die 13. Nouembris 1632.

Decreto da oſſeruarſi in fulminare le Cenſure nel Tribunale della Fabrica di Napoli.

NOn ſi poſſa procedere nel Tribunale della Fabrica, tanto in Napoli, come fuori alle Cenſure per ſomma, che non eccedi vinti ducati, e prima non ſiano ſtati legittimamente condennati li debitori, e rilaſſati li mandati contra di loro, e fatte le debite diligenze d'eſſeguirli; e non ſi trouando, ò non potendo ſeguire, ne realmente, ne perſonalmente all'hora, e non prima in ſubſidium, prece-

bet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequens harum ſeriè abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes. Supplicationibus illius nomine ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinſerta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus & confirmamus illiſque Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, & omnes, ac ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſi qui denuò interuenerint ſupplemus; decernentes illa, nec non præſentes litteras valida, firma, & efficacia exiſtere fore, vt ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabiliter obſeruari, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores iudicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenùs opus ſit dictæ Fabricæ etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum, tenore præſentium pro ſufficienter expreſſis habentes illis, aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 11. Februarij *1633*. Pontificatus Noſtri anno vndecimo. M. A. Maraldus.

Inſtruttioni da oſſeruarſi dà Commiſſarij della Reu. Fabrica di S. Pietro nel Regno di Napoli, Emanate dalla Sac. Congregat. dell'iſteſſa Fabrica.

1. CHe li Commiſſarij giunti nelli luoghi contenuti nella loro Commiſſione, ſiano obligati moſtrarla all'Ordinariò, ò ſuoi Vicarij, e farli conſapeuoli delle facultà ſue, acciò nell'occaſioni ne poſſino riceuere aiuto, e fauore, e ſimilmente notificarle alli Sindici, & Eletti di detto luogo, acciò ſiano informati della continenza, e tenore d'eſſe, e volendone copia, ce la laſcino cauare gratis, e ſenza mercede alcuna.

Si moſtrino le Commiſſioni all'Ordinarij, e Sindici.

2. Detti Commiſſarii ricercheranno li Notarij, Attuarij, Archiuiſti, e Conſeruatori ad eſibire frà competente termine nota di tutti i Teſtamenti, Legati pij, Codicilli, Donationi per cauſa di morte, & altre pie diſpoſitioni inter viuos, ciaſcuno di eſſi rogati, e

Per le pie diſpoſitioni due, e mezo per cento à Notari.

 con-

conſeruati, promettendo à detti Notari che le daranno autentiche di pagarle due, e mezo per cento di quello ch'eſigeranno à beneficio della Fabrica per le ſudette note, e ſiano obligati à pagarli effettualmente ſeguita l'eſattione.

Per le pie diſpoſitioni oltre ducati cento, & apertura de teſtamenti.

3. Perche li Commiſſarij non hanno facoltà di conoſcere cauſe ſe non di valore di cento ducati à baſſo in quelle, che eccederanno detta ſomma, li detti Commiſſarij pigliaranno le copie autentiche di legati, & altre pie diſpoſitioni, citando gl'heredi, poſſeſſori, e debitori à comparire al Tribunale di Napoli, ſecondo il ſolito, e per mercede; e fatighe de'Notari li prometteranno di far pagare dal Secretario due, e mezo per cento come di ſopra di quello peruenirà à detta Fabrica.

Farà anco aprir gli Teſtamenti, e Codicilli chiuſi, eſſendo però morti li Teſtatori per vedere ſe vi foſſero Legati pij conforme alla facoltà della Fabrica, dichiarandoſi, che alla detta ſomma di ducati cento à baſſo ſe li comprendano tutti li Legati vniti nel Teſtamento, ò Codicillo, e così l'annate, e frutti decorſi con li Capitoli, e proprietà, & in tutto trouando, ch'eccedono li ducati cento.

Circa la recognitione, & applicatione di detti legati pij oſſerueranno il preſente Ordine.

Delli legati certi ſenza peſo.

4. DElli legati pij certi ſenza peſo, e per vna volta ſola quali non ſaranno pagati nel termine d'vn anno doppo la morte del Teſtatore, ò infra vn' anno doppo la purificatione della conditione non eſſendo paſſato il triennio della morte del Teſtatore, ouero della purificatione della conditione, ò giorno quando la pia diſpoſitione foſſe conditionata, ò à certo tempo n'applicaranno ſolamente la quinta parte alla Fabrica, & il reſtante alli legatarij, mà quando ſarà paſſato il triennio n'applicaranno la metà alla Fabrica, e l'altra metà alli Legatarij conforme alla Bolla della fel. mem. di Pio V. *Applicationis medietatis relictorum non exactorum per triennium ſub datum* 16. *Cal. Ianuarij* 1569. *Anno quarto.*

De'li detti con peſo.

Dichiarando, che ſe li legati certi ſaranno con peſo annuo di Meſſe, Anniuerſarij, ò d'altri Diuini officij, per li quali fuſſero per ciò laſciati beni ſtabili, ò quantità di denari per conuertirſi in compra d'annuo Cenſo, ò altr'entrata, applicaranno i frutti decorſi dal dì della morte del Teſtatore, à beneficio della Fabrica, laſciando ſtar fermo il Capitale, & il legato per l'auuenire.

De maritaggij annui de pouere.

L'iſteſſo oſſeruaranno nelli maritaggi di pouere fanciulle laſciati da farſi ogn'anno ad arbitrio dell'heredi, eſſecutori, ò altri, appli-

can-

cando l'annate decorſe, alla Fabrica, come ſopra.

5. Quando alli legati pij incerti per vna volta l'applicaranno à beneficio di detta Fabrica, conforme alli ſuoi Priuilegij, mà nell'annui applicaranno l'annate decorſe, & non adempite da gl'heredi ſolamente. Delli legati pij incerti.

6. Nelli legati Antichi, procederanno ſolamente da trent'anni in quà, non oſtante li priuileggij, eccetto ſe foſſero legati, che haueſſero ſtato permanente, come per conſeruatione di Cappelle, Sepolture, Campane, Organi, & altri ſimili, li quali *ex oculari inſpectione* poſſino apparire adempite. De legati antichi.

7. Nelli legati, che non eccedono la ſomma di trè ducati, da due anni in quà ſtaranno al giuramento degl'heredi, ò altri citati, che dichiarino hauerli adempiti, e da diec'anni in sù non li daranno moleſtia. Delli legati di 3 ducati à baſſo.

8. Contro li poueri, e quelli che viuono di proprio ſudore, ò altre miſerabili perſone, non procederanno, ne li daranno moleſtia alcuna. De legati douuti da Poueri.

9. Non pigliaranno alcuna portione de'legati certi ſpettanti alla Fabrica, ſe prima non ſia con effetto ſodisfatto, ò concordato con li Legatarij per le parti à loro ſpettanti.

10. Quando le parti citate nel termine, che non ſia meno di trè giorni, moſtraranno fede del pagamento, ò Decreto aſſolutorio d'altri Commiſſarij, non li faranno pagare coſa alcuna, reſtituendoli le loro fedi, Decreti, e Scritture gratis, e domandando nuouo termine, ſe li debbiano dare trè altri giorni, mà ſe le porteranno doppo che ſaranno fatti contumaci veri, cioè doppo che ſiano ſtati citati perſonalmente, ò in caſa, ò in preſenza di teſtimonij, non li faranno pagare altro, che le ſpeſe contumaciali, quali s'intendono ſemplicemente le ſpeſe fatte per le Scritture, auuertendo che non ſi citino fuori della Dioceſi, e quando li ſudetti citati in caſa foſſero veramente aſſenti, oltra il termine prefiſſo nel mandato ſi prorogarà vn altro termine competente di poterli dar notitia da parenti, relaſſandoli notamento della pretentione. Si facciano prima ſodisfare le rati à legatarij. Teſtimonij dannoſi alli citati.

11. Nelle Cauſe, nelle quali per qualſiuoglia ragione i rei conuenti, non deuono eſſere condannati. Li Commiſſarij non poſſino dar aſſolutione, ſe non in caſo, che li detti rei la dimandaſſero, & in tal caſo nelle cauſe ſino alla ſomma di ducati 20. li Commiſſarij poſſono per tal aſſolutione pigliar vn carlino, e da 20. ducati, ſino à cinquanta, due carlini, e da cinquanta ſin à qualſiuoglia ſomma di duc. 100. à baſſo trè carlini, e non più, ancorche le parti ſpontaneamente voleſſero dare etiam titulo donationis, vel alio più di detta taſſa. Emolumenti nelli decreti aſſolutorij.

12. Di-

12. Dichiarandoſi di più, & ordinando, che trouando detti Commiſſarij Decreto aſſolutorio delli predeceſſori Commiſſarii, non poſſono trauagliare le parti, nè aſtringerle à prendere altro decreto d'eſſo, e facendo altro decreto ſopra il detto decreto vecchio, etiam volendo le parti, non poſſono pigliare coſa alcuna.

Qualità de Commiſſari i che ſi deuono deputare, e circa le perſone per le cenſure.

13. Che il Commiſſario non poſſi eſſere ſe non perſona da bene, e di buona qualità, e non proceſſato, ò condennato, il quale non eſſendo Sacerdote nelli caſi, che voglia oprar le Cenſure debbia eligere vn Sacerdote, che ſia Parochiano, ò Canonico in Catedrale, ò prima dignità in Collegiata, li quali poſſino adoprare le Cenſure nelli Caſi permeſſi de Iure, e non in altro modo.

Elettione di Conſultore.

14. Che arriuato ſarà il Commiſſario in luogo doue vuole eſercitare la ſua Commiſſione, debbia far iſtanza alla Communità, che li nomini trè Dottori, delli quali habbia d'eligerſene vno per Conſultore, col voto del quale debbia procedere, e non altrimenti, e queſto ſi fà, acciò che li Commiſſarij non debbiano aggrauar li Popoli, nè far ingiuſtitia.

Non ſi adoprino Cenſure, ſe non in Iuris ſubſidium.

15. Non vſaranno in alcun modo Cenſure eccleſiaſtiche, ne procederanno ad eſecutione di quelle affligendo li Cartoni, ſe prima non coſterà nell'atti delle diligenze fatte in far l'eſecutioni reali, e perſonali, & in Iuris ſubſidium, conforme alla diſpoſitione del Concilio Tridentino.

Circa le cōpoſitioni, donationi, & emolumenti.

16. Non faranno compoſitione alcuna di qualſiuoglia cauſa ſpettante alla Fabrica, ne Decreti generali all'Vniuerſità con prenderſi vn tanto per loro, laſciando le cauſe indeciſe in pregiuditio della Fabrica, e legatarij.

17. Non pigliaranno donatiui ſotto pena di priuatione dell'officio, e di pagar dieci volte altretanto.

18. Nella Banca per gl'atti, produttione, & altre fatiche, mercede di Notaro, e Maſtro d'atti pigliarà la minor taſſa, che ſia vſo della Corte ſpirituale, e temporale.

Libri che s'hanno da tenere per l'eſattioni, e Decreti.

19. Portaranno con loro vn libro fogliato con l'approuatione del Secretario, e ſigillo della Fabrica, nel quale ſcriueranno da vna parte li denari, che giornalmente faranno incamerare, con annotare i nomi, e cognomi de teſtatori, e di chi paga, il nome del Notaro rogato, del teſtamento, & il tempo del rogato, e le cauſe, e luogo, facendone poi nel principio del libro vn indice per alfabeto di detti Teſtatori per facilità, e dall'altra parte le portioni pagate à Legatarij, ouero la cauſa per la quale non ſi hà eſatto, e volendo l'Vniuerſità pigliar copia autentica la laſcieranno pigliare gratis, acciò li Commiſſarij ſucceſſori non habbino à procedere nelle medeſime cauſe, & in fine di detto libro faranno ſottoſcriuere dalli Conſultori del-

delli luoghi ch'eſſi Commiſſarii non hanno eſatto più denari, che quelli che ſono in detto libro annotati.

20. Nel fine ogni trè meſi manderanno, ò portaranno il conto dell'eſatto col denaro ſpettante à detta Fabrica à loro riſico, e ſpeſe, e nel fine di trè meſi il reſto della loro amminiſtratione, portando tutte le Scritture con la Commiſſione, pagando ſubito quelli che ſaranno ſignificati debitori ſenza replica d'appellatione alcuna.

Circa il dare de conti.

21. Se ſarà fatto iſtanza dall'Vniuerſità, ò altri Particolari di prendere informatione, d'eſtorſioni, e grauezze, ò delitti commeſſi da Commiſſarii predeceſſori, la prenderanno con fedeltà, e diligenza, inuiandola al Tribunale per prouederſi al biſogno.

Per reformatione cõtra Commiſſarij.

22. Per gl'Eſſecutorii, che ſi manderanno, per l'eſſecutione de mandati relaſſati in vigore de ſentenze, & obblighi per dar minor ſpeſa alle parti, ordiniamo, che quando vi ſia Commiſſario nel luogo doue ſi deue eſſeguire detto eſſecutorio ſi mandi ad eſſo, e quando non vi fuſſe Commiſſario ſi mandi à quello, che ſarà più vicino, quale non habbia à riceuere pagamento delle giornate dell' acceſſo, e del receſſo, nè meno pretendere dette giornate dalla data dell'eſſecutorio, mà ſolamente dal luogo vicino, doue ſarà partito, e del tempo, che legitimamente vi hauerà vagato. Volendo anco, quando ſi mandaſſero più d'vno eſſecutorio in detto luogo, ò Prouincia, che mandino ad vn ſolo Commiſſario, e ſi diuidano le giornate, e viaggi vgualmente trà tutti li debitori non li faccia pagare più che ſe foſſe vn eſſecutorio ſolo, nè poſſi riceuere più di dieci carlini per giornata, e queſto tanto per eſſo Commiſſario, Notaro, Caualli, Alloggiamenti, e qualſiuoglia ſpeſa, che ſi faceſſe ſin alla ſomma di ducati trecento, mà ſe paſſa detta ſomma, & il Commiſſario vadi con Compagnia poſſi pigliare à raggione di carlini dieci, & otto il giorno, e queſto tanto per alloggiamento, caualli, compagni, sbirri, & ogn'altra coſa come di ſopra.

Per la Taſſa di lettere eſſecutoriali in contumacia, ò per ſẽtenza.

In queſto oſſeruarà lo che è ſtato poi ſtabilito per decreto, ſecondo ſi trattarà nelli eſſecutorij.

23. Quanto à gl'altri eſſecutorii, che non ſi ſpediſcono in virtù di Sentenze, conforme ordiniamo, che la taſſa non ecceda trè ducati, ſe bene fuſſe otto giorni, ò più diſtante, e la ſomma eccedeſſe mille ducati.

24. Che in ogni caſo d'inoſſeruanza, ò contrauentione de ſopradetti Ordini, ò Capitoli, ò qualſiuoglia d'eſſi, oltre l'annullità degl'atti, e refattione di ſpeſe, danni, & intereſſi da pagarſi alli rei conuenti, ſiano detti Commiſſarii tenuti alla pena di cinquecento ducati d'applicarſi ipſo iure, & ipſo facto per vn terzo al denunciante, quale ſarà tenuto ſecreto, & vn terzo all'eſſecutore, & il reſto alla Fabrica, e detti Commiſſarii ſiano tenuti à tutti li diſſordini, eſtorſioni, e fraudi, che li loro Maſtri d'Atti, Seruienti, ò Miniſtri commetteran-

Pene in caſo d' inoſſeruanza.

ranno, acciò non habbiano ſcuſa di coprirſi ſotto il proteſto di difetto altrui.

Queſte iſtruttioni vnite con le Commiſſioni, nelle quali ſi farà ſpecial memoria.

25. Che nelle commiſſioni che per l'auuenire ſi ſpediranno ſi debbia inſerire il tenore intiero delli preſenti Capitoli, & Ordinationi, altrimenti la Commiſsione ſia nulla, & non attribuiſca alcuna giuriſditione al Commiſſario, & altre pene à noſtro arbitrio, al che s' obblighi con giuramento. In oltre ſiano obligati tener affiſſi li preſenti Ordini in luogo, doue s'eſerciterà queſto prò officio, acciò l' oſſeruanza d'eſſi venga più facilmente à notitia di tutti. Li ſopradetti Capitoli ſono ſtati ſtabiliti per ordine della Congregatione di S. Pietro di Roma, e conſegnati al Reuiglioni, acciò che l'oſſerui, e faccia oſſeruare. Dato in Beneuento queſto dì 2. di Maggio 1610.

Bartholomæus Cardinalis Ceſius.
P. Cardinalis Arigonius.

Melchior Reuiglionus Secretarius.

TITVLVS XXIX.

De Examinatoribus Synodalibus.

EX diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini ſingulis annis in Diæceſana Synodo Examinatores Synodales proponi decernitur, vt ab ea approbentur, ac adueniente vacatione cuiuslibet Eccleſiæ Parochiales, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiant, igitur Decretum hoc exequi volentes, vobis hoſce RR. Viros qui munus hoc gerant proponimus, & nominamus.

Nominamus igitur, eligimus, & deputamus Examinatores Synodales pro hac noſtra Ciuitate, & Diæceſi.

1. PEr Illuſtrem, & Admodum Reuerendum Ioannem Baptiſtam Thomaſettum I.V.D. noſtrum in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarium Generalem.
2. Admodum Reuerendum Dominum Ioannem Baptiſtam Piccininum I.V.D. noſtræ Cathedralis Archidiaconum.
3. Admodum Reuerendum Dominum Sebaſtianum Thomaſettum eiuſdem Cathedralis Canonicum V. I. D.

4. Ad-

4. Admodum Reuerendum Dominum Bernardinum Antoninum Propoſitum Collegiatæ Eccleſiæ Celani V.I.D.
5. Admodum Reuerendum Dominum Fulgentium Thomaſſittum V.I.D.
6. Admodum Reuerendum Dominum Abbatem Ioannem Petrum Thomaſsittum V.I.D.
7. Admodum Reuerendum Dominum Abbatem Ioſephum Marchetelli V.I.D.
8. Admodum Reuerendum Dominum Iſidorum Petronum V.I.D.
9. Admodum Reuerendum Dominum Victorium Miozzi V.I.D.
10. Admodum Reuerendum Dominum Curtium de Nouellis V.I.D.
11. Admodum Reuerendum Dominum Ioannem Antonium Blanchum V.I.D.
12. Admodum Reuerendum Dominum Petrum Antonium Petrei V.I.D.
13. Admodum Reuerendum Dominum Dioniſium Baroſium V.I.D.
14. Admodum Reuerendum Dominum Alexandrum de Vecchis V.I.D.
15. Admodum Reuerendum Dominum Andream Placidum.
16. Admodum Reuerendum Dominum Matthæum de Andreis V.I.D.
17. Admodum Reuerendum Dominum Marcum Antonium de Simeonibus V.I.D.

Ex Regularibus.

18. Admodum Reuerendum Patrem Dominum Ioannem Matthæum Feliciani Abbatem Monaſterij Silueſtrinorum huius Ciuitatis, & noſtræ Cathedralis Theologum.
19. Admodum Reuerendum Patrem Magiſtrum Ioannem Tudonem Ordinis Minorum Conuentualium Sac. Theologiæ Profeſſorem.
20. Admodum Reuerendum Patrem Magiſtrum Ioſephum Conti Sacræ Theologiæ Profeſſorem.
21. Admodum Reuerendum Patrem Magiſtrum Franciſcum Antonium Cæſarini eiuſdem Ordinis Sacræ Theologiæ Profeſſorem.

TITVLVS XXX.
De Iudicibus Synodalibus.

DEcretum Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutionem felicis record. Bonif. VIII. de Iudicibus Synodalibus executioni deman-

mandare cupientes vobis proponimus ſequentes Iudices Synodales, quibus cauſæ delegentur iudicandæ vſque ad nouam Synodum.

Admodum Reuerendum Dominum Ioannem Baptiſtam Piccininum noſtræ Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconum I. V. D.

Admodum Reuereudum Dominum Ioannem Antonium Meliorium dictæ noſtræ Eccleſiæ Canonicum Decanum.

Admodum Reuerendum Dominum Marcum Antonium de Lucis eiuſdem Eccleſiæ Canonicum.

Admodum Reuerendum Dominum Oratium Melchiorium dictę Eccleſiæ Canonicum.

Admodum Reuerendum Dominum Sebaſtianum Thomaſſittum V. I. D. dictæ Eccleſiæ Canonicum.

Admodum Reuerendum Dominum Iacobum Miloni Abbatem Collegiatæ Eccleſiæ Terræ Auezzani.

Nominamus Aſſiſtentes huius noſtræ Diæceſanæ Synodi.

ADmodum Reuerendum Dominum Bernardinum Antoninum V. I. D. Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ S. Ioannis de Celano.

Admodum Reuerendum Dominum Iſidorum Petroni V. I. D. Præpoſitum Parochialis Terræ Ortoni.

Deputamus pariter Secretarios huius noſtræ Synodi Diæceſanæ.

ADmodum Reuerendum Dominum Abbatem Ioannem Petrum Thomaſſittum V.I.D.

Admodum Reuerendum Dominum Vincentium Galganum noſtrum Secretarium.

TITVLVS XXXI.
De Teſtibus Synodalibus.

AD præſcriptum Sacri Concilii Lateranenſis nomina teſtium in Ciuitate apud nos reſeruamus per Diæceſim verò noſtros Vicarios foraneos nominamus, qui diligenter curent, vt ea quæ in

præ-

præſenti Synodo laudabiliter conſtituta ſunt, omninò obſeruentur, contradicentes, vel illa exequi nolentes, nos, vel noſtrum Vicarium Generalem ſtatim certiores reddant ad hoc vt faciliùs miniſterio nobis iniuncto occurrere poſſimus; In locis verò in quibus Vicarij foranei non extant pro huius muneris exercitio Parochos, & Curatos nominamus.

TITVLVS XXXII.

De Præfatorum Decretorum Synodalium Obſeruatione.

VT inuiolatè quæ in præſenti Synodo ſancita ſunt, & nemo cauſam ignorantiæ allegare valeat, omninò obſeruentur, ſpatium duorum menſium ad illa obſeruanda aſſignamus ſub pœnis in ipſis conſtitutionibus & decretis contentis, etiam illis arbitrio noſtro reſeruatis. Et vbi non adſunt pœnæ illas arbitrio noſtro reſeruamus. Præcipimns itaque ſingulis Parochis, ac alijs, quibus de iure, & conſuetudine competit, vt illas penes ſe retineant, & frequenter perlegant, vt melius quiſque eorum proprium muneris officium agnoſcat.

Didacus Marſorum Epiſcopus.

Didacus Petra Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Marſorum alloqutus tandem eſt vniuerſos, in hunc qui ſequitur modum.

FRatres, & filii Amatiſſimi audiſtis ea, quæ ad laudem Omnipotentis Dei vobis in hac Synodo obſeruanda proponimus. Ideò ſi quid vobis incontrarium occurreſt, Dicite, & omnes reſponderunt Placet, Placet.

Lecta fuerunt ſupradicta Decreta à Per Illuſtri, & Admodum Reu. V. I. D.D. Ioanne Petro Thomaſetti Abbate Eccleſiæ Sancti Benedicti eiuſdem Ciuitatis, & præfatæ Synodi Secretario, Nec non à Per Illuſtri & Admodum Reu. D. Vincentio Galgani Lucen. Diæc. eiuſdem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini, & dictæ Synodi etiam

Secretario. Quibus peractis Cantores cantarunt. *Te Deum laudamus* &c. Et tandem Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Dominus Epiſcopus Synodum benedixit, & dimiſit in pace. Et ne de præfatis infuturum dubitare contingat Ego Ioannes Antonius Delucis publicus per Regnum Reg. auctoritate Notarius, & Curiæ Epiſcopalis Marſorum Cancellarius de præfatis, & ſingulis omnibus, Inſtante Clerico D. Ioanne Baptiſta Delucis Synodi Promotore rogatus preſens Inſtrumentum ſcripſi, ſubſcripſi, & publicaui ac meo ſolito ſigno ſignaui requiſitus. Acta fuerunt hæc omnia In Ciuitate Piſcinæ in Eccleſia Cathedrali Sanctæ Mariæ Gratiarum in Congregatione Synodali Marſicana Præſidente Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo D. D. Didaco Petra eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, & aſsiſtentibus omnibus de Capitulo Cathedrali, præſentibus aliis de Clero Ciuitatis, & maioris partis Diœceſis prædictæ diebus 25. 26. & 27. Iunii 1673. Indictione vndecima, Pontificatus autem Sanctiſsimi in Chriſto Patris & D. N. D. Clementis D. P. PP. Decimi anno eius quarto, præſentibus quoque Clericis Ceſidio de Meis, Ioſepho Melchiorre, & Philippo Moriſce, ac V. I. D. D. Paulo de Meis, D. Ioſepho Symboli, & Notario Ioanne Antonio de Nigris omnibus eiuſdemmet Ciuitatis teſtibus ad infra omnia, & ſingula habitis, vocatis, atque rogatis, & aliis &c.

Idem qui ſupra Ioannes Antonius Delucis Notarius, & Cancell.

Oratio habita in Diœceſana Synodo Marſicana ab Adm. Reu. Padre Abbate D. Io: Matthæo Feliciani Congregationis Silueſtrinorum Ordinis S. Benedicti Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Epiſcopi Theologo.

Ex antiquiſsimis Orphæum, Illuſtriſsime & Reuerendiſsme Præſul, Patrumque Religioſiſsima Corona, hoc in venerabili Senatu alacriter hac vice prætereo, qui omnium primus homines in Syluis ferino more vagantes ſine moribus, ſine cultu, non tantùm admirabili coegit diſciplina in vnum, verùm debita viuendi forma decretis, legibuſue humaniores inſtituit, prudentiſsimus agnoſcens Philoſophus, quamuis priſcorum vitam ſecutus, barbaras haud poſſe gentes obedientia, ratione, humanitateque vallare, ni immoderatorum ingeniorum decretis quaſi fortiſsimis vinculis feruor coerceretur. Ab re ſanè eſſet ſapientes Græcos, Athenienſes nempe, ſpar-

